CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

PARS II.

PROCOPIUS.

VOLUMEN I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXIII.

P R O C O P I U S

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

VOL. I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIII.

PRAEFATIO
GUILIELMI DINDORFII.

De vita et scriptis Procopii quae dicenda habeo, quoniam cum Alemanni disputationibus sunt coniuncta, volumine tertio exponentur. Quamobrem hoc loco nonnisi siglae sunt explicandae librorum, quibus ad emendandos de bellis Iustiniani commentarios usi sumus: nam de reliquis scriptis suo loco agetur. Est igitur

A codex Parisiensis regius 1702, scriptus in membranis saeculo tertio decimo, foliis aliquot hic illic a manu recentiore suppletis, quod ex Catalogo cognovi vol. II. p. 389. Insunt historiarum libri quattuor priores. Est optimae notae codex, cui multorum locorum tum emendationem tum supplementa debemus.

B codex Parisiensis regius 1699, chartaceus saeculi quinti decimi, octo complexus historiarum libros. Huius ego accuratius collati nonnisi specimina quaedam ab Niebuhrio accepi ad p. 175—177 et 544—547 ed. Paris. apposita. Quae res hoc habuit incommodi ut reliqua lectionis varietas ex duobus aliis fontibus petenda fuerit, quos alioqui non adiissem. Nam quae ex eo libro in annotatione sua attulit Maltretus, eadem qua ille usus est sigla (Reg.) ab nobis designata, non referunt plenam lectionis diversitatem, nec satis certa apographi Leidensis (L), ab Iosepho Scaligero correcti, fides est, cuius nobis copiam fecit Iacobi Geelii amicitia. Correctiones margini huius libri commissas litteris Lm indicavimus.

V Lucae Holstenii apographum supplementorum codicis Vaticani: vide annotationem ad p. 229, 20. 243, 5. 256, 10. 275, 8. 326, 4. 334, 4. 372, 14. 497, 17. huius voluminis. Excerpta ex hoc codice, qui aetate pariter atque auctoritate praestat ceteris, lectionis varietate usus est Maltretus: ut denuo et accuratius ex-

cuteretur, ego nunc quidem non magis quam Niebuhrius efficere potui, quantumvis cuperemus. Insunt octo historiarum libri.

H Davidis Hoeschelii editio, Augustae Vindelicorum impressa a. 1607, ex codice composita Monacensi et duobus apographis codicis Parisiensis 1699, altero Leidensi, de quo supra dicebam, altero Petri Chabanaei, quod duobus constat voluminibus, quae ipsa quoque in bibliothecam regiam illata numerantur 1700. 1701.: vide Catalogi vol. II. p. 389. Ex hac editione et apographo Leidensi in annotatione critica, omissis centenis scribendi vitiis, tantum attuli quantum utile videretur. Integram enim lectionis diversitatem rationi consentaneum est non aliunde quam ex ipsis codicibus peti Monacensi et Parisiensi illo 1699. Quanquam his recentibus exemplaribus facile carebimus, si Vaticano aliisve antiquioribus, qui in Italicis latent bibliothecis, codicibus potiri licuerit. Inter quos sunt Pinelliani Mediolanenses, de quibus dictum ab A. Maio ad Dionysii Halicarnassensis fragmenta p. 171.

Hm margo editionis Hoeschelianae: de quo vide ipsius Hoeschelii praefationem infra appositam.

P editio Claudii Maltreti, quae Parisiis prodiit a. 1662, in duo divisa volumina, repetita Venetiis a. 1729.

Pm margo editionis Maltreti.

RV Raphaelis Volaterrani interpretatio Latina librorum de bellis Persico et Vandalico, multis locis compendifacta, quae primum prodiit Romae a. 1509, repetita Basileae a. 1531 et Lugduni a. 1594.

Pers. Christophori Personae interpretatio Latina librorum de bello Gotthico, edita Romae a. 1506, repetita Basileae a. 1531 et Lugduni a. 1594.

Hugonis Grotii quae passim afferuntur emendationes et coniecturas ex bibliotheca Leidensi suppeditavit Geelius.

Interpretatio Latina Claudii Maltreti est.

Temporum notae quum propter narrandi ordinem, quem sequitur Procopius, marginibus apponi commode non potuerint, chronologicis rationibus alio modo consulemus.

Scribebam Lipsiae m. Octobri a. MDCCCXXXII.

EX PRAEFATIONE
DAVIDIS HOESCHELII.

Quemadmodum editurus Bibliothecam Photii, Origenis libros VIII contra Celsum, et alia, de variis semper Codicibus laboravi, quo plenius singula et correctius p[illegible] adornarentur: ita in Procopio Graece publicando idem mihi studium, labor idem fuit. Quocirca nobiliss. dn. Ioan. Georg. Hervuartus, sereniss. Bavar. Ducum intimus consiliarius, hoc cognito, primus e Ducali Bibliotheca m. s. misit Codicem: alterum illustris Iosephus Scaliger, a sese emendatum; tertium clariss. Isaacus Casaubonus manu exaratum perelegante Petri Chabanaei. Illum Boicum, quod ceteris esset emendatior et integrior, sum secutus potissimum: his, ex uno eodemque descriptis exemplari Regio, si qua fuit lectionis varietas (ut fuit maxima lib. 4. de bello Gotth.) in margine locum dedi; sin quid ex altero utro allatum, atque redintegratum, id, excepto lib. 4. uncis est inclusum. Idem Casaubonus, quae ad librum de Aedificiis Iustiniani supplendum eruditissimus Carolus Labbaeus IC. e veteri Codice transscripsit, mecum etiam liberaliter communicavit; ut altero fere tanto hic auctior, quam antea, in lucem nunc prodeat. Ceterum de Procopio Graece imprimendo viri docti tam cupide institerunt ideo, quia male ab interprete acceptum norant; qui et τὰ καιριώτατα omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit. nam et finem belli Gotthici iusto pene volumine fraudavit *). Quorum deside-

[*) Notat Christophorum Personam: vide Maltreti praefationem p. XIII.]

rium ut explerem, sumptus ad maturandam editionem ornatissimi cives Augustani, Io. Georgius Oestersicher, p. m. Ioannes Huep-her, et Vuolfgangus Emekofer, suppeditarunt. quos honoris causa nomino: ut eorum exemplis alii ad similiter Reip. literariae opem ferendam allectentur et invitentur. De aliis sic habeto; Procopium Agathias ῥήτορα, Suidas σοφιστὴν etiam appellat: quae sic distinguuntur, ut ille sit orator, qui causas in concione, in foro, in senatu agit; hic Latinis Rhetor, qui in scholis docet artem oratoriam. — — Quod si tirones quoque Graecae linguae autori huic legendo, propter et facilitatem et perspicuitatem, quid temporis volent tribuere; praeter rerum noticias, modos loquendi elegantiores, et synonymiae exempla in ipso non pauca reperient. Cuiusmodi sunt ἁλιεὺς, ἀσπαλιεὺς, γριπεὺς, σαγηνευτὴς, *piscator:* ἄῤῥιχος, κόφινος, ταρπὴ, *sporta:* εἱρκτὴ, δεσμωτήριον, δωμάτιον, φρούριον, φυλακὴ, *carcer:* ὁ τῆς εἱρκτῆς ἄρχων, ὁ τοῦ φρουρίου ἄρχων, *carceris princeps;* qui Genes. 39. ἀρχιδεσμοφύλαξ dicitur, et cap. 40. ἀρχιδεσμώτης, Luciano ὁ ἐπὶ δεσμῶν. De quo alibi erit commodior dicendi locus, quare nunc desino.

EDITIONIS PARISINAE DEDICATIO.

AMPLISSIMO
ILLUSTRISSIMOQUE VIRO
D. D.
PETRO SEGUIERIO,
FRANCIAE
CANCELLARIO.

Non adèo sum hospes in patria, ILLUSTRISSIME CANCELLARIE; ut nesciam, quantum iuves favore tuo mirabilem Galliae foecunditatem: qua et novi ingeniorum excellentium foetus eduntur quotidie; et veteres, atque alibi nati; felicius apud nos renascuntur. Multi certe, quos hodie redivivos amplectimur, in abditis bibliothecarum pluteis adhuc iacerent; nisi eiusmodi tumulos benignitas tua aperuisset, ac sepultis vitalem quandam afflasset auram. In primis pars optima Historiae Byzantinae Tibi animam debet, ingenti receptam corpore; et quidem ita, ut ab interitu iam plane secura sit. Hoc autem quis pro merito aestimet beneficium, quo spirat ac loquitur insignis illa *Temporum testis*; viget *Vita memoriae*; docet *Magistra vitae*; animos tenet *Nuntia vetustatis*? Munus adeo memorabile lectores, si grati haberi volunt, eo magis praedicent, quo minus authores possunt. Qui si nunc viverent, et luce suis monumentis reddita fruerentur, omnes uno ore iustissimas Tibi gratias agerent. Tali PROCOPIUS Caesariensis officio non contentus, probaret meum; visaque hac suorum Operum nuncupatione, mihi consilium optimum, sibi famam, immortalitate Nominis tua mansuram gratularetur. Stylum etiam, credo,

Tibi suum dicaret, illectus copia ac splendore materiae, quam suppeditas. Collecta in unum decora intuens, quae in clarissimis aevi sui magistratibus laudavit, eum esse Te fateretur, qui nec Symmacho Christiana beneficentia, nec Boëtio erudita pietate inferior, Proclum integritate, prudentia Phocam, lenitate animi Basilidem superes. Erunt forte qui Tribonianum Oraculum fori nominent: si tamen hos libros legerent, nihil in eo fuisse dicent, quod suspicere debeas, aut invidere possis. Illo vero requirent multa, quae egregio virtutis ac doctrinae cum natura consensu in Te posita sunt; et senectutem tuam incredibili vigore corporis animique, singulari apud Principes gratia, et amplissima in subditos auctoritate beatissimam faciunt. Ille satis habuit Ius scribere: Tu et scientia comprehensum tenes, et moribus exprimis, facienda factis commonstrans. De tribunali pronuntias, quemadmodum aiebat Philosophus, *cum vultu et animo Legis, quae sine ullo impotenti motu aequum bonum constituit.* Ut vero Lex a Tullio dicitur *Mutus Magistratus;* sic Tu, Illustrissime Cancellarie, non immerito appellari potes *Lex loquens.* Quid mirum, si vocem tuam Maiestas Regia subiicit suae? cum probe sciret se nullo ore vicario melius fari, quam tua posse. Non est cur Ludovicus Adeodatus Te illo excitet monito Theodati Italiae Regis: *Consideravimus verbis tuis laudem positam Principalem, Fama nostra est quod loqueris: conscientia sine dubitatione quod sentis.* Adeo non quidquam profers, cuius ipsum vel pudere possit, vel poenitere; ut per Te obtento bonorum assensu, quo nihil est gloriosius, fidele mentis optimae testimonium, quo nihil dulcius, confirmetur. In sacrarium admissus augusti pectoris, quanta cum dignitate id reseras, et splendorem exhibes Numinis, quo plenum est! Hinc illa erga Regem maximum venerationis ad amorem accessio, et incrementum obsequii: cuius causa in extremum venisti discrimen; cum sacrilegus perduellium furor in rhedam, qua vehebaris, facto impetu, tecum Fidem, Constantiam, Aequitatem perdere tentavit. Nec dubito quin coelestis manus aliqua hebetaverit crudele ferrum, lethiferumque ignem extinxerit, ne Religio praesidium amitteret; et Pax civilis, cuius exilio sacra omnia turbari solent, reditum desperaret, sequestro orbata sapientissimo.

Te sospite rediit, viam nacta consiliis tuis expeditam: revexit opes: male dissipatas vires coëgit, Gallisque universis optabilem Victoriam revocavit. Mox ambae Regnum bearunt; dum altera vigeret domi, Te administrante Rempublicam altera foris domaret hostes, ac supplices Regum praestantissimo sisteret. Nisi Pacem domesticam fovisses, haud coacti fuissent exteri communem ab eo petere. Hanc, ipsorum iniuriis pridem pulsam, Iusti Filius reverti iussit; reducemque *osculata est Iustitia;* ideo nunquam a nostris digressa partibus, quia Te vindicem et assertorem habuit sub amantissimo Principe. Cui sane Procopius meus in ordine infimo servire mallet, quam inter primarias dignitates Iustiniano. Urbis quidem Praefecturam gessit; sed eo tempore, quo Byzantium adeoque Imperium profligari Imperator siverat, nimium tribuens improbis magistratibus: quorum culpa fiebat, ut pacis artes belli fraudibus peiores essent. Inde, ut caetera taceam, nata est Historia arcana: qualem hic author nequiret apud Te meditari; ubi nihil odiosum, sed omnia plausu et amore digna publico videret. Res demum tuas scripturus, quid optaret aliud, nisi parem argumento facultatem dicendi? quid timeret, nisi modestiae offensionem tuae? Iam, si illius promissi memor, quo se obstrinxit in libris de Bello Gotthico, Religionis controversias mandaret literis, et opus ad hoc usque tempus perduceret; ibi Tu emineres sub utroque Ludovico. Neuter profecto sui in errorum monstra odii Ministro usus est ullo, qui longius quam Tu a prece pretioque refugerit. Quoties Calvini haeresis, cuius extremos anhelitus huc e propinquo missos facile audio, in Te circa regios cancellos fremuit? cum frustra satageret ad sigillum irrepere; ut eo munita grassaretur liberius, numerumque perditorum augeret. Tunc videlicet cavisti diligentissime, ne sacra Lilia maculam contraherent, et verendos Principum vultus pollueret cera, quam indulgentia nimia mollivisset. Nihilo plus profecit larva recentior Augustinum mentiens, turpisque Novitas Antiquitatem simulans venerabilem. Longius prorupissent damnata in coelo ac terris capita; nisi Tu Dei Regisque causam toto pectore amplexus, dedisses operam, ut suis deiecta praesidiis, latebras procul quaerere cogerentur. Utinam illuc intraret salutaris pudor, neque au-

derent novum petere Concilium, qui toties Tridentinum risere. Quod si hodie coetus eiusmodi indiceretur; Sorbona, Academiarum Regina, secum reputans, quanta cum laude ipsius comitia temperaveris, procul dubio suaderet, ut amplissimi consessus cognitor optareris, reluctantibus licet defensoribus Gratiae, fato quodam ineluctabilis. Vinceret assensus ECCLESIAE, quae in tuo erga se studio plurimum ponit: neque ignorat sua interesse, ut memoriam virtutis inclytae emori minime sinat. Quare sibi charissimum SEGUIERII nomen suis consecrabit annalibus, et egregiae in Sedem Apostolicam observantiae exemplum posteritati proponet. Nos vero minimi tantae parentis filii, quibus hoc impensius faves, quo iniquius ab illius adversariis petimur, quid non efficeremus; si et promeritis in nos tuis, et nostrae erga Te voluntati par facultas suppeteret? Equidem scio, eorum, quibuscum vivo, neminem opera egere mea, ut quo sit animo patefaciat. Quoniam tamen interpretis munus, haud adeo ab hac mea mediocritate ingenii alienum, suscepi; hic mihi liceat maxime communia inter nos sensa paucis exponere. Certius enimvero meam ac Sociorum mentem, quam Procopii, hominis externi, totque abhinc saeculis mortui, explicabo. Quaecunque in Toga supremus apex tribunalium postulat, ea nos summa in Te miramur omnia, ILLUSTRISSIME CANCELLARIE. Ex iudicio tuo existimationem pendere nostram putamus. In benevolentia, qua tueri nos et cohonestare non desinis, conquiescimus. Nunquam pigebit honori tuo servire. A Te collata in universos benignitas ita singulos afficit, ut eam pro se quisque cum palam apud homines praedicet, tum privatim commemoret Superis, ac perdiuturnam precetur Tibi incolumitatem. Haec vere profitetur

ILLUSTRISS. AMPLITUDINI TUAE,

Tolosae VI. Kal. Octob.
An. M. DC. LXI.

Deditissimus et obsequentissimus
CLAUDIUS MALTRETUS
e Societate JESU.

CL. MALTRETI PRAEFATIO.

LECTORI.

Si consilium est, ERUDITE LECTOR, hos Libros non prius legere, quam Auctorem pernoveris qualis fuerit; hinc oculos et manum converte ad consequentem Tomum. Ibi Nicolaus Alemannus, vir doctrina praestans, suis in Historiam Arcanam Praefationibus te voti compotem faciet: simul etiam docebit, quot et quam graves temporis hominumque iniurias PROCOPII Caesariensis pertulerint. Quod autem vir idem clar. faciendum reliquit aliis de veteri illorum interpretatione iudicium; id sibi sumpserat Iosephus Scaliger, suorum sydus, cum haec ad Davidum Hoëschelium scriberet: *Recte iudicas dignum esse Procopium, qui edatur, et quia dignus, et quia male ab Interprete acceptus est. Qui et τὰ καιριώτατα omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit. Nam et finem Belli Gothici iusto pene volumine fraudavit.* Hoc ultimum censurae caput proprie convenit in Christophorum Personam Romanum: qui Tetradem secundam librorum de Bellis ita truncavit, ut triadem fecerit. Caeterae reprehensionis partes ei communes sunt cum Raphaele Volaterrano, Tetradis prioris Interprete. Quando Scaliger ea, quae modo retuli, ad amicum scribebat, Graeca Procopii monimenta nondum praelo in publicum emissa fuerant; praeterquam libri περὶ κτισμάτων: qui quam essent mutili, in loco dicam. Hos multo auctiores Hoëschelius cum

Historia Bellorum Graece edidit Augustae Vindelicorum, anno Christi 1607. Exinde in scriptoris huius Interpretes virorum eruditorum querela increbuit. Nam versione cum Graeco textu collata, incredibilem perversitatem videbant, dolebantque quod Historia nobilissima tam male in Italia fuisset habita, ubi olim ipsius pater nihil damni a Gotthis, quanvis hostibus, accepisset. Optabant vero ut ingenii praestantissimi soboles conditione quam fieri posset optima Latio donaretur. Instante Iosepho Scaligero, id tentavit Bonaventura Vulcanius: deinde incoepto destitit, senio confectus. Negotium in se ultro receperat Daniel Heinsius, tum iuvenis, in quo diligentia, Scaligero teste, cum eruditione certabat. At illum alia studia sic averterunt, ut promissi munus haud comparuerit. Nec postea extitere libri quatuor de Bello Gotthico, ab Hugone Grotio, ut fama erat, in Latinum conversi: quos nunquam profecto vidi. Cum igitur provincia ab omnibus relicta vacua videretur, eam ego suscepi, iis auctoribus, quibus nihil negare poteram. Excepi tamen Anecdota: propterea quod illam partem Nicol. Alemannus iam feliciter occupaverat. Nunc tuum est, Lector, explorare, si vacat ac lubet, qua rem gesserim fide. In primis vide num actum egerim. Quod ut minori cum taedio faceres, consilium secutus sum eruditissimi P. Philippi Labbe, viri de me optime meriti. Nimirum libros partitus in capita, suum cuique argumentum paucis comprehensum praefixi; ut ibi, lectione fessus, tanquam ad viales lapides sedeas ac respires. Lacunas in hoc Tomo invenies omnino duas aut tres, easque tam breves, ut facillime et minimo quasi saltu transmitti queant. Tot vero tantasque habet editio Augustana, ut in unum collectae, dimidiam fere partem exaequent unius libri. Si placet iter hic complanatum, Lucae Holstenii *τοῦ μακαρίτου* memoriam grato animo cole. Quae enim deerant, ea ille ex MS. Codice Vaticano supplevit pro suo in literas, quarum decus erat, amore maximo. Non pauca in Graeco textu correxi, partim propria coniectura, partim ope R. P. Petri Possini: cui debeo, quidquid discipulus Magistro optimo doctissimoque debere potest. Is Romae cum MS. Vaticano exemplar Augustanum, quo tanquam fundo novae editionis utebar, contulit, et quas notavit discrepantes lectiones,

humanissime communicavit. Ac ne iudicio tuo quidquam subtraherem, omnia fidelissime exposui in Tomo altero: quo Lectiones varias et utriusque textus emendationes reieci. Porro si me audies, priusquam caput aliquod legas, illic inspicies quae ad ipsum pertinent. Quo fiet ut te nec menda typographica morentur, nec facile in errorem inducant nonnulla παροράματα mea, a me tum solum animadversa, cum iam typis cusa relegerem. Relegi autem omnia quam accuratissime potui, et quidem animo Censorio: ita ut ubicunque peccasse me viderim culpam, ut par est, mihi ipse nominatim assignem in emendationibus meis. Multo autem saepius peccassem, nisi domi consuluissem virum disciplinis excultissimum, P. Ioannem Fayonum. Si quid praeterea corrigendum videbitur, libenter a monitore quovis accipiam, et beneficium profitebor in Notis: quae, si Deus siverit, primam partem efficient tomi tertii *). Altera pars constabit ex Opusculis Poeticis, quorum hic seriem proponam. Elegantem habeo templi S. Sophiae et ambonis ἔκφρασιν, quam Paulus Silentiarius, aequalis Procopio, versibus scripsit hexametris, numero supra 1200. Haec ad Procopii libros de Aedificiis apta erit appendix cum Collectione epigrammatum veterum Christianorum, quae olim Constantinopoli, et in aliis Graeciae civitatibus, sacris aedibus inscripta legebantur. Id totum, ex MSS. Palatinis Bibliothecae Vaticanae depromptum, ad me misit Ill. Lucas Holstenius. Historiam Procopianam contingunt Corippi libri quatuor de laudibus Iustini minoris. Hos multo castigatiores possum edere, adiunctis Ruizii, Assagrii et Dempsteri Annotationibus. Neque enim animus est quenquam fraudare honesti laboris fructu. Latino huic Poëtae, iam bis quidem edito, sed plane a Bibliopolis distracto, addere vellem Graecum, qui Corippum videre potuit; Georgium dico Pisidam, magnae Ecclesiae Constantinop. Diaconum. Eius libri, Holstenii beneficio, penes me sunt, adhuc inediti, de Laudibus Heraclii Imperatoris, duo: de Bello Persico eiusdem Heraclii, tres: de Bello Avarico ad muros urbis Constantinop. unus. Nec male Georgio Pisidae conveniet

---

[*) Qui non prodiit.]

cum Theodosio itidem Diacono: cuius ἀκροάσεις quinque de capta a Romano Aug. Creta mihi describendas curavit Ill. Leo Allatius, Custos Bibliothecae Vaticanae, et in arce illa Reip. literariae meritissimo collocatus. Tu vero, Lector, interea Procopio fruere: ac si minus opera in eum collata, certe animus placeat, quo et rem facere tibi gratam, et publicae utilitati servire volui.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

ARGUMENTUM

P 1
V 223

LIBRORUM OCTO PROCOPII,

EX AGATHIAE SCHOLASTICI LIB. I. P. 7—10. ED. PARIS.

Τὰ πλεῖστα τῶν κατὰ τοὺς Ἰουστινιανοῦ χρόνους γεγενημένων ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι τῷ Καισαρείαθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγέγραπται, παριτέον ἐκεῖνα ἔμοιγε, ἅτε δὴ ἀποχρώντως εἰρημένα· τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνον ὡς οἷόν τε διεξιτέον. προοίμια μὲν γὰρ αὐτῷ τῆς ἱστορίας Ἀρκάδιος ἀποβιοὺς ἐποιήθη, καὶ τῷ ἐκείνου παιδὶ Θεοδοσίῳ Ἰσδιγέρδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς κηδεμὼν B γεγενημένος, τά τε Οὐαραράνῃ καὶ Περόζῃ ξυνενεχθέντα· καὶ ὅπως Καβάδης βασιλεὺς καταστὰς ἀφῄρηται τὴν ἀρχὴν καὶ εἶτα θᾶττον αὐτὴν ἀνεκομίσατο, ὅπως τε Ἄμιδα ἥλω πρὸς αὐτοῦ, Ἀναστασίου Ῥωμαίων βασιλεύοντος, καὶ ὅσους αὖθις μετ' ἐκεῖνον Ἰουστῖνος ὁ πρεσβύτης ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ διεδέξατο πόνους. ἑξῆς C δὲ τοὺς Περσικοὺς πολέμους ὁπόσοι δὴ πρός τε Καβάδην καὶ Χοσρόην ἀμφὶ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν, καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ Λαζῶν ὅρια

2. Alterum τῷ additum ex R (i. e. codice Rehdigerano Vratislaviensi). 6. ἰσδιγέρδης R. Ἰσδηγέρδης P. 7. Οὐαραράνῃ Niebuhrius. οὐαραβάνῃ R. Οὐαράνῃ P.

Quoniam Procopius Rhetor Caesariensis partem maximam rerum aetate Iustiniani gestarum accurate conscripsit, eas quidem praetermitti a me oportet, quippe satis iam explicatas: quae vero postea sunt consecutae, illas pro mea facultate tractare debeo. Historiam suam exorsus est ab Arcadii obitu, et commissa Theodosii eius filii tutela Isdegerdi Persarum Regi. Tum narrat quae Vararani ac Perozi contigere, et quo pacto Rex factus Cabades abrogatum sibi imperium brevi recuperaverit: praeterea uti Amida ab Anastasio Romanorum Imperatore fuerit capta: et quantum postea Iustinus senior elaboraverit in coeptis. Succedunt his bella Persica, quae cum Cabade et Chosroe in Syria, Armenia et Lazicae finibus

Ἰουστινιανῷ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι διαπεπολέμηνται, τούτους
δὲ ἅπαντας ἐκ τῶν Προκοπίου λόγων ἄριστα ἂν διαγνοίης, Γελί-
D μερά τε τὸν Βανδίλον, καὶ Καρχηδόνα τὴν πόλιν, καὶ τὴν ξύμ-
πασαν χώραν τῶν Ἄφρων ἀπὸ Βονιφατίου τε καὶ Γεζερίχου καὶ
τῆς ἐν τῷ τότε ἀποστάσεως πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἰουστινια-
νῷ δουλωθεῖσαν, καὶ πάλιν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας μέρος γε-
γενημένην. μετὰ δὲ τὴν τῶν Βανδίλων κατάλυσιν, καὶ ὅσα οἱ
P 2 Μαυρούσιοι τὸ ἔθνος ἔδρασάν τε καὶ πεπόνθασι πολλαχοῦ τῆς
Λιβύης κατὰ Ῥωμαίων παραταττόμενοι· ἔτι τε Στότζας καὶ
Γόνθαρις Ῥωμαίων μὲν ἥστην, τυράννω δὲ καταστάντε μεγί-
στων συμφορῶν τε καὶ στάσεων αἰτιωτάτω τῇ Λιβύῃ γεγόνατον,
καὶ ὡς οὐ πρότερον ἐλώφησε τὰ δεινά, πρὶν ἐκείνω τὼ ἄνδρε δια-
φθαρῆναι. ἀλλὰ καὶ τάδε ἀμέλει ἅπαντα εὕροις γε ἂν ἐν ἐκεί-
B νοις, ὅπως τε ἡ στάσις ἡ ἐμφύλιος ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τοῦ βασι-
λέως ἀρθεῖσα καὶ ἐπὶ μέγα κακοῦ ἀφιγμένη τὰ κοινὰ ἐδηλήσατο,
τάς τε τῶν Οὔννων ἐπιδρομάς, ὡς δὴ ἐν τῷ τότε τὸν Ἴστρον πο-
ταμὸν περαιωθέντες μέγιστα οἷα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐλυμήναν-
το, Ἰλλυριούς τε καὶ Θετταλοὺς καὶ τὰ πλεῖστα τῆς Εὐρώπης
ληϊσάμενοι, μέρος δέ τι καὶ τῆς Ἀσίας, τὸν Ἑλλήσποντον διαβάν-
τες. Σουρῶν δὲ ἡ πόλις ἡ ἐν Συρίᾳ καὶ Βέρροια καὶ Ἀντιόχεια ἡ
C πρὸς Ὀρόντῃ ποταμῷ ὅπως οἰκτρότατα ὑπὸ Χοσρόου πεπόρθην-
ται, τήν τε Ἐδέσσης πολιορκίαν, καὶ ὅπως ἐνθένδε ἀποκρουσθεὶς

2. Γελίμερα Niebuhrius. Γελίμερ P. 8. τῆς] τε R. 9. λιβύης R. λιβύας P. 11. τῇ λιβύῃ] τῆς λιβύης R. 16. ὡς R corr. pro ὅς. οἱ P. 18. Ἰλλυριούς] ἰλλυρίους P. 19. τὸν] τὴν R. 20. σουρῶν R. σουρῶν P.

Iustinianus Augustus gessit. Haec omnia e Procopii libris plane cognosces: item Gelimerem Vandalum, et urbem Carthaginem, adeoque Africam universam longo intervallo post Bonifacii ac Gezerici tempora ortamque tum defectionem in potestatem venisse Iustiniani, atque ita redditam Imperio Romano suam hanc partem. Post Vandalorum excidium, habes quaecumque Mauri, multis in locis Africae cum Romanis congressi, et fecere et passi sunt: deinde Stotzae et Gontharidis, qui partes Romanorum sequebantur, tyrannidem, et hinc natas calamitates ac seditiones maximas Africae, nec nisi utriusque viri caede ac sanguine extinctas. Haec ibidem reperies: quemadmodum seditio civilis contra Caesarem excitata Byzantii, evaserit in magnam perniciem, remque publicam labefactarit. Adde incursiones Hunnorum: qui Istro tunc transito, Illyricum, Thessaliam, et plerasque Europae provincias; traiecto demum Hellesponto, partem aliquam Asiae populati, Imperium Romanum damnis gravissimis affecerunt. Illud etiam, ut in Syria a Chosroe urbs Sura, Berrhoea, et sita ad Orontem fluvium Antiochia miserrime direptae fuerint: ut idem cincta obsidione

ἔπειτα ἀπιὼν ᾤχετο. πάρεστι καὶ ταῦτα ἐν τοῖσδε θεάσασθαι,
τάς τε τῶν Αἰθιόπων καὶ Ὁμηριτῶν παρατάξεις καὶ ὅτου δὴ
χάριν ἄμφω ἐκείνω τὼ φύλω ἐς τίδε δυσμενείας ἠλθέτην. εἴρη-
ται δὲ αὐτῷ πολλὰ καὶ τοῦ μεγίστου λοιμοῦ πέρι, ὅπως τε τὴν
ἀρχὴν κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἐς τὸ ἀνθρώπειον γένος εἰσήρρησε, D
καὶ ὁποῖα ἄττα παράλογα ἐν αὐτῷ ξυνηνέχθη. ἀλλὰ γὰρ καὶ
ὁπόσα ὕστερον τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἀνὰ τὰ Λαζῶν πολίσματα
καὶ Πέτρας τὸ φρούριον, πρός τε Χοριάνην καὶ Μερμερόην καὶ
τὰ Περσικὰ ἐξείργασται πλήθη, καὶ ταῦτα ἐκεῖθεν ἀναλεκτέον.
μεταβάντι δέ οἱ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας, ὅπως τε Θευδέριχος ὁ τῶν Γότ-
θων βασιλεὺς ἀπεβίω καὶ Ἀμαλασοῦνθα ἡ τοῦδε παῖς ὑπὸ Θευ-
δάτου ἀνῄρηται, καὶ ἅπαντα ὧν δὴ ἕνεκα ὁ Γοτθικὸς πόλεμος P 3
ἀνερράγη, οὐδὲ ταῦτα ἐκείνῳ παρεῖται· οὐμενοῦν ἀλλ' οὐδὲ ὅπως
Οὐίττιγις ὁ μετὰ Θεύδατον τοῦ Γοτθικοῦ γένους κρατήσας ὑπὸ V 224
Βελισαρίου τοῦ στρατηγοῦ μετά γε πλείστους ὅσους ἀγῶνας δο-
ρυάλωτος εἰς τὸ Βυζάντιον ἧκται· οὐδέ γε ὅπως Σικελία τε καὶ
Ῥώμη καὶ Ἰταλία τοὺς ἐπήλυδας ἀποβαλοῦσα βαρβάρους πάλιν B
ἤθεσι πατρίοις μετεκοσμεῖτο. λάβοι δὲ ἄν τις ἐνθένδε καὶ ὅτι
Ναρσῆς ὁ τομίας ἐς Ἰταλίαν ἐστάλη, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ
πρὸς τοῦ βασιλέως γεγενημένος, τούς τε κλεινοὺς ἐκείνους πολέ-

3. φύλω R. φίλω P. 6. ἄττα R. ἄσσα P. ibid. γὰρ καὶ] καὶ om. R. 11. Θευδάτου R. Θεοδάτου P. 13. ἀλλ' οὐδὲ R. οὐδ' P, omisso ἀλλ'. 14. Οὐίττιγις Niebuhrius. Οὐίτιγις P. ibid. Θεύδατον R. Θεόδατον P. 15. γε R. τε P. ibid. ὅσους om. R. 16. ἧκται R. ἵκται vulgo apud Agathiam: nam in P verba εἰς τὸ Βυζάντιον ἵκται exciderunt. 19. τομίας] ταμίας R. 20. τούς τε R. τοὺς δὲ P.

Edessa pulsus abierit. Insuper videre est Aethiopum et Homeritarum inter se pugnas, et causam cur hostili odio mutaverint amicitiam. De pestilentia teterrima Author ille non pauca dixit: in primis quomodo tunc temporis humanum ea genus invaserit, quamque inauditos habuerit et a communi intelligentia remotos casus. Legenda quoque apud eundem quaecunque exercitus Romanus ad oppida Lazicae et Petrae castellum adversus Chorianem et Mermeroem copiasque Persarum patravit. In Occidentem transgressus, mortem Theoderici Gotthorum Regis, filiaeque eius Amalasunthae necem a Theodato illatam, et omnia, ex quibus bellum erupit Gotthicum, non indiligenter exponit. His adiicit, quo pacto Vitigis, qui Theodato mortuo Gotthis imperavit, post multa certamina a Belisario Duce captus fuerit et Byzantium deportatus: tum qua ratione Sicilia, Roma, adeoque Italia, exactis Barbaris advenis, ad mores et instituta patria se receperint. Inde quoque discere licet Narsetis spadonis profectionem, eique datum a Caesare imperium in Italiam, et praelia illa inclyta, quae cum To-

μους, οἳ δὴ αὐτῷ πρὸς Τωτίλαν ἄριστα διαπεπόνηνται· ὅτι τε
C αὖθις μετ' ἐκεῖνον Τεΐας ὁ Φρεδιγέρνου τὴν Γοτθικὴν ἡγεμονίαν διαδεξάμενος οὐκ ἐς μακρὰν καὶ αὐτὸς ἀνῃρέθη. ταῦτα δὲ πάντα ἐς ἕκτον τε καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας γεγένηται, καὶ Προκοπίῳ μὲν τῷ ῥήτορι ἐν τοῖσδε, οἶμαι, αὐτῷ τὰ τῆς ξυγγραφῆς διήνυσται καὶ ξυνετελέσθη· ἐγὼ δὲ .... καὶ τὰ ἑξῆς.

1. Τωτίλαν] τώτιλλαν R.

tila fortissime conseruit: denique quonam modo Fredigerni filius Teias, qui proxime successit in regnum Gotthicum, et ipse brevi interierit. Haec omnia ad annum usque vigesimum sextum principatus Iustiniani sunt gesta: ibique, opinor, Procopius Rhetor Historiae suae finem imposuit. Ego vero ...... etc.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ H 1 P 5 V 225

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Α΄ ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Α΄.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Α΄.] ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ᾽ ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Α΄ P. Mutatum ex A.

PROCOPII CAESARIENSIS

HISTORIARUM TETRADIS I.

LIBER I.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

Aperit auctor propositum suum. Utilitatem, fidem ac dignitatem ostendit huius historiae. Contra antiquitatis laudatores praeposteros, aetatis suae sagittarios egregie defendit. (Cap. 1.) *Moriens Arcadius Aug. tutelam Theodosii filii sui mandat Isdigerdi, Persarum regi. Huius fides optima. Theodosii legatus Anatolius et Vararanes Persarum rex illustre inter se edunt urbanitatis exemplum. Pax componitur.* (2.) *Perozes rex Persarum bello petit Ephthalitas, sive Hunnos albos. Barbarorum istorum mores, inprimis mira lex amicitiae. Tenetur Perozes insidiis. Periculi ignarus monetur parabola. Ut evadat, perpetuam Ephthalitis pacem spondet, iuratque per salem patrio ipsorum more. Eorum regem adorare iussus facti ignominiam astu elevat.* (3.) *Altera Perozis expeditio in Ephthalitas. Horum apparatus et stratagema. Salem, per quem Perozes iuraverat, e cuspide vexilli regii suspensum praeferunt. Persarum insignis clades. Per digressionem narratur piscatio unionis pretiosissimi, quem Perozes gestabat. Ex ea clade lex nata militaris. Extincto cum triginta filiis Perozi succedit Cabades natu minimus.* (4.) *Cabadis lex de promiscuo foeminarum usu irritat subditos. Blasi Perozis fratri regnum defertur, quippe haereditarium. In comitiis abhorrent omnes a crudeli Gusanastadis sententia in Cabadem, quem malunt includere in castellum Oblivionis. Huius origo nominis ex lege, contra quam venit nemo unquam nisi Pacurius. Hinc auctor digreditur ad memorabilem historiam et tragicum exitum Arsacis regis Armeniae.* (5.) *Cabades elabitur uxoris ope et Seo-*

sis. Regnum recipit. Magistratus apud Persas haereditarii. More facinorosorum excaecatur Blases. Interfecto Gusanastadi sufficit Cabades Adergudunbadem, et Chanarangem creat. Seosem nova dignitate Adrastadaransalanis ornat. (6.) *Roganti mutuum argentum Cabadi negat Anastasius Aug. Hinc bellum. Obsidetur a Persis Amida. S. Iacobi Eremitae miraculum. Felix omen capiunt Magi ex impudentia meretricum Amidenarum. Credita turris custodia Monachis. Eorum somnolentia urbem perdidit. Appositum sacerdotis responsum exarmat Cabadem. Captivi cives postea dimissi. In eos benignitas Anastasii.* (7.) *Romani exercitus duces. Appion Praefectus castrensis aerarii. Dissidium ducum. Occurrit Cabades. Fuga Areobindi magistri militum per Orientem. Patricius atque Hypatius cladem accipiunt. Celer excurrit in Arzanenen.* (8.) *Romani Amidam obsident. Glones Persarum dux in insidias a rustico deductus interit. Persae parcunt aedificiis. Eorum in ferenda fame constantia. Amida pretio recipitur. Induciae annorum 7.* (9.) *Portarum Caspiarum descriptio. Ibi conditum ab Alexandro Magno castellum recusat emere Anastasius ab Ambazuce: quo mortuo, illud Cabades occupavit. Anastasius ex vico Dara Anastasiopolin facit, ac moenibus cingit Theodosiopolin.* (10.) *Anastasio succedit Iustinus. Cabades Persarum rex de successore cogitat. Caoses, Zames, Chosroes tres eius filii. Lex Persica mutilos a regni successione excludit. Cabades Chosroem adoptandum Iustino offert. Procli Quaestoris gravis oratio. Decernitur Chosrois adoptio per arma. Legati conveniunt. Solvitur eorum coetus infecta re. Origo odii Chosrois in Romanos. Seosis exitus funestissimus. Lex Persarum de non humandis mortuis. Rufinus Hypatio periculum creat.* (11.) *Situs Iberiae. Eius incolae Christiani optimi, iussi a Cabade non sepelire mortuos, ad Iustinum deficiunt, cum rege suo Gurgene. Probus Bosporum mittitur ad contrahenda auxilia. Varizes dignitatis nomen apud Persas. Res Lazicae et Persarmeniae. Belisarius et Sittas adolescentes Iustiniani satellites. Belisarius a Iustino numeris Darenis praepositus consiliarium habet Procopium.* (12.) *Iustinianus Iustini successor Belisario mandat ut castellum extruat Mindone. Opponunt se Persae et Romanos clade afficiunt. Belisarius magister militum per Orientem cum Hermogene magistro officiorum Romanos ad insigne praelium praeparat. Campi et aciei Rom. dispositio. Mirrhanes nomen Persicae dignitatis, qua insignis Perozes dux summus Persarum. Velitatio. Singularia certamina sane egregia.* (13.) *Belisarii et Mirrhanis mutuae literae. Utriusque conciones. Aciei Persicae dispositio. Cur meridie pugnam Persae inierint. Praelium memorabile. Ingens Persarum clades.* (14.) *Exercitus in Armeniam a Cabade missus. Sittas magister militum per Armeniam: Dorotheus Armeniae dux. Victi bis Persae. Tzanorum sedes patriae et mores. Christianam religionem amplectuntur. Pharangium et Bolum Romani Persis eripiunt. Narses et Aratius ad Romanos transfugiunt.* (15.) *Rufini de pace legati ad Cabadem oratio. Respondet Cabades. Rufinus Byzantium redit. Iustinianus absolvit annum imperii quartum sub initium veris.* (16.) *Irruptio Persarum in Euphratesiam, olim dictam Commagenem. Origo nominis utriusque. Euphratis ac Tigridis fontes et cursus. Fanum Dianae Tauricae. Ex eo Iphigeniae fuga cum Oreste: huius morbus. Duplex ab ipso condita Comana. Unde sic dicta utraque. Dianae et Iphigeniae templa Christiani habent. Euphratis ab Acilisene in Assyriam cursus. Osroene. Mirrhanes a Cabade qua ignominia notatus. Oratio Alamundari ad Cabadem. Qualis vir Alamundarus. Qui duces: qui phylarchi.* (17.) *Exercitus Persici dux Azarethas; viae, Alamundarus. In Euphratesiam properat cum copiis Belisarius. Abeunte hoste sapienter cunctatur. Paschale festum quam sanctum. Belisarius a temerario praelio suos dehortatur. Eorum contumaciae cedit Azarethae concio. Praelium.*

Romanorum clades. Belisarii virtus. Persarum mos in recognoscendo exercitu coram rege. Azarethas a Cabade male acceptus. (18.) *Statuit Iustinianus inire societatem cum Aethiopibus et Homeritis. Descriptio sinus Arabici. Urbs Aila. Insula Iotabe Palmetum. Maaddeni. Homeritae. Aethiopes Auxomitae. Bulicas. Urbs Adulis. Aethiopum naves cuiusmodi. Quantum viae ab Auxomide ad imperii Romani limitem in Aegypto. Elephantine. Blemyes et Nobatae. Diocletiani circa illos consilium. Philae. Barbara Blemyum sacra. Philarum templa diruta Iustiniani iussu.* (19.) *Hellistheaeus Aethiopiae rex Christianus. Iudaeos Homeritas vincit, illisque regem imponit Esimiphaeum Christianum: cui postea expulso sufficitur Abramus e servo rex. Inanes contra hunc Hellisthecaci conatus. Iulianus Iustiniani legatus ad Aethiopes et Homeritas. Commercium Serici, ex quo fit vestis, Medica olim, nunc Serica dicta. Nullus legationis fructus.* (20.) *Ex Oriente revocatur Belisarius ad expeditionem Vandalicam. Sittas illi succedit. Persae Martyropolin obsident. Exploratore Persa corrupto utitur Iustinianus. Cabadis Persarum regis testamentum et obitus. Praeterito Caose natu maximo, Chosroes rex declaratur, opera Mebodis. Obsidione Martyropolis liberatur.* (21.) *Legati Romani ad Chosroem. Pacis conditiones. Quid centenarium. Turbatur pacificatio. Rufini apud Chosroem gratia. Pax demum componitur.* (22.) *Ingenium Chosrois. Facta in eum coniuratio funesta suis auctoribus. Mira Cabadis pueri fortuna. Adergudunbadis infelix benignitas. Mebodis indigna mors. Quanta calamitas sedentium iussu regis in tripode ferreo.* (23.) *Seditio Byzantina. Insania factionum Circi. Seditionis initium. Triste incendium. Seditiosorum tessera νίκα, quae vox in nomen transiit seditionis illius. Ioannes Cappadox Praefectus Praet. et Tribunianus Quaestor, qui viri. Iis suffecti Phocas et Basilides. Hypatius per vim a populo fit imperator. Origenis senatoris oratio. Ducitur in Circum Hypatius. Fugam dissuadet Theodora Aug. generosissima oratione. Belisarius et Mundus ad Circum armati vadunt. Caeduntur civium* XXX. M. *Hypatius et Pompeius confossi proiiciuntur in mare.* (24.) *Quaesturam recipit Tribunianus; Praefecturam Ioannes Cappadox, qui decimo magistratus anno poenas improbitatis dedit. Ad annum illum auctor transilit, et insidias narrat ab Antonina Ioanni structas post reditum Belisarii e bello Gotthico. Exutus Ioannes Praefectura fit sacerdos invite et Petri nomen induit. Ascribitur illi caedes Eusebii Episcopi. Summa eius calamitas.* (25.) *Redit Procopius ad tempus compressae seditionis. Belisarius iterum magister militum per Orientem, missus in Africam debellat Vandalos. Legatio Persarum in speciem gratulatoria. Darae Ioannes tyrannus e medio tollitur.* (26.)

α'. Προκόπιος Καισαρεὺς τοὺς πολέμους ξυνέγραψεν, οὓς
Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πρὸς βαρβάρους διήνεγκε τούς
τε ἑῴους καὶ ἑσπερίους, ὥς πη αὐτῶν ἑκάστῳ ξυνηνέχθη γενέ-
P 6 σθαι, ὡς μὴ ἔργα ὑπερμεγέθη ὁ μέγας αἰὼν λόγου ἔρημα χειρω-
σάμενος τῇ τε λήθῃ αὐτὰ καταπρόηται καὶ παντάπασιν ἐξίτηλα
θῆται, ὧνπερ τὴν μνήμην αὐτὸς ᾤετο μέγα τι ἔσεσθαι καὶ ξυνοῦ-
σον ἐς τὰ μάλιστα τοῖς τε νῦν οὖσι καὶ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα γενησο-
μένοις, εἴ ποτε καὶ αὖθις ὁ χρόνος ἐς ὁμοίαν τινὰ τοὺς ἀνθρώ-
πους ἀνάγκην διωθοῖτο. τοῖς τε γὰρ πολεμησείουσι καὶ ἄλλως
ἀγωνιουμένοις ὄνησίν τινα ἐκπορίζεσθαι οἵα τέ ἐστιν ἡ τῆς ἐμφε-
ροῦς ἱστορίας ἐπίδειξις, ἀποκαλύπτουσα μὲν ὅπη ποτὲ τοῖς προ-
γεγενημένοις τὰ τῆς ὁμοίας ἀγωνίας ἐχώρησεν, αἰνισσομένη δὲ
ὁποίαν τινὰ τελευτὴν τοῖς γε ὡς ἄριστα βουλευομένοις τὰ παρόν-
B τα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἕξει. καί οἱ αὐτῷ ξυνηπίστατο πάντων μάλι-
V 226 στα δυνατὸς ὢν τάδε ξυγγράψαι κατ᾽ ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ αὐ-
τῷ ξυμβούλῳ ᾑρημένῳ Βελισαρίῳ τῷ στρατηγῷ σχεδόν τι ἅπα-
σι παραγενέσθαι τοῖς πεπραγμένοις ξυνέπεσε. πρέπειν τε ἡγεῖτο
ῥητορικῇ μὲν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιίαν, ξυγγραφῇ δὲ
ἀλήθειαν. ταῦτά τοι οὐδέ του τῶν οἱ ἐς ἄγαν ἐπιτηδείων τὰ
μοχθηρὰ ἀπεκρύψατο, ἀλλὰ τὰ πᾶσι ξυνενεχθέντα ἕκαστα

3. ἑκάστῳ] ἑκάστοις A. 4. ὁ addidi ex A. 6. τὴν μνήμην] τῇ μνήμῃ P. τὴν φήμην (γρ. μνήμην) A. 7. ἐς τὸ A. εἰς τὸ P. 9. διωθοῖτο L. διωθεῖτο Lm. διάθοιτο P. 11. ὅπη] ὅποι A. 13. βουλευομένοις] βουλομένοις A. 15. ξυγγράψαι] ξυνῆ γράψαι A. 18. Alterum δὲ add. A. 19. του τῶν] τούτων H. που τῶν A. τῶν P.

1. Procopius Caesariensis bella, quae cum Orientalibus et ad Occasum positis Barbaris gesta sunt a Iustiniano Romanorum Imperatore, singulatim, ut se res habuerunt, conscripsit: ne postquam facta ingentia longinquum aevum occupaverit nuda praesidio literarum, ea tradat oblivioni, ac plane deleat. Quorum ille memoriam magni fore momenti duxit, et summe tum aetati huic profuturam, tum posteritati; si quid unquam agendum erit iam actis simile. Nam et ii, quos capit libido belli, et in primis qui praelia meditantur, historia eius generis ante oculos posita iuvari possunt; quae dum exitus demonstrat, qui superioribus contigerunt in pari discrimine, simul rerum instantium probabiles eventus indicat optime considerantibus. Illud vero sciebat Auther, condendae huic Historiae idoneum se esse maxime omnium; ob aliud certe nihil, nisi quia, cum a consiliis fuerit Belisario Duci, quidquid fere gestum est vidit. Hoc etiam persuasum habuit, arti Oratoriae convenire eloquentiam; Poeticae fabularum figmenta; Historiae veritatem. Quare ne amicissimorum quidem peccata

ἀκριβολογησάμενος ἀνεγράψατο, εἴτε εὖ εἴτε πῃ ἄλλῃ αὐτοῖς εἰργάσθαι ξυνέβη.

Κρεῖσσον δὲ οὐδὲν ἢ ἰσχυρότερον τῶν ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις τετυχηκότων τῷ γε ὡς ἀληθῶς τεκμηριοῦσθαι βουλομένῳ φανήσεται. πέπρακται γὰρ ἐν τούτοις μάλιστα πάντων ὧν ἀκοῇ ἴσμεν θαυμαστὰ οἷα, ἤν μή τις τῶν τάδε ἀναλεγομένων τῷ παλαιῷ C *χρόνῳ τὰ πρεσβεῖα διδοίη καὶ τὰ καθ' αὑτὸν οὐκ ἀξιοίη θαυμαστὰ οἴεσθαι, ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοὺς μὲν νῦν στρατευομένους ἔνιοι καλοῦσι τοξότας, ἀγχεμάχους δὲ καὶ ἀσπιδιώτας καὶ τοιαῦτα ἄττα ὀνόματα τοῖς παλαιοτάτοις ἐθέλουσι νέμειν, ταύτην τε τὴν ἀρετὴν ἐς τοῦτον ἐληλυθέναι τὸν χρόνον ἥκιστα οἴονται, ἀταλαίπωρόν γε καὶ τῆς πείρας ἀπωτάτω τὴν περὶ αὐτῶν ποιούμενοι δόξαν. οὐ γάρ τις πώποτε αὐτοῖς ἔννοια γέγονεν ὅτι δὴ τοῖς μὲν παρ' Ὁμήρῳ τοξεύουσιν, οἷσπερ καὶ ὑβρίζεσθαι ἀπὸ τῆς τέχνης ὀνομαζομένοις ξυνέβαινεν, οὐχ ἵππος ὑπῆν, οὐ δόρυ, οὐκ ἀσπὶς ἤμυνεν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τοῦ σώματος φυλακτήριον ἦν,* D *ἀλλὰ πεζοὶ μὲν ἐς μάχην ᾔεσαν, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτοῖς ἦν ἀναγκαῖον, ἑταίρου του ἐκλεγομένοις ἀσπίδα, ἢ στήλῃ ἐπὶ τύμβῳ τινὶ κεκλιμένοις, ἔνθα οὔτε τρεπόμενοι διασώζεσθαι οὔτε φεύ-*

1. *ἀκριβολογησάμενος* A. *ἀκριβολογούμενος* P. *ibid.* „*ἀνεγράψατο* Reg." Malt. *ξυνεγράψατο* P. *ibid. εἰργάσθαι*] *εἰργάσασθαι* A. 5. *φανήσεται*] *φανήσεσθαι* A, *φανήσεται* a m. rec. 7. *καθ' αὑτὸν* A. *κατ' αὐτὸν* P. 15. *ὀνομαζομένοις*] *ὀνομαζομένης* A, *οις* a corr. 17. *ἀλλὰ* —] Cum his et sequentibus Maltretus comparat Iliad. *ε*, 192. *θ*, 267. *λ*, 371. *δ*, 123. *λ*, 390. 18. „*ἑταίρου* Reg." Malt. *ἑτέρου* P. *ibid. στήλῃ*] *στήλην* A. 19. *οὔτε — οὔτε*] *οὐδὲ — οὐδὲ* P.

texit; sed cuiusque actus, pravos iuxta atque honestos, quam potuit accuratissime literis prodidit.

Quod attinet ad facinora armis edita in hisce bellis, quicunque illa volet exigere ad veritatem, nihil usquam praestantius, nihil fortius reperiet. Ea sane patrata sunt, quibus omnia, quae fama accepimus, admirabilitate concedant. Nisi forte eorum, qui haec legunt, malit quis honorarium deferre antiquitati, nec res aetate sua gestas dignetur ulla admiratione. Enimvero non desunt, qui huius aevi bellatores per contemptum *Sagittarios* vocitent: priscis autem grandia quaedam attribuant *Pugnantum cominus*, *Scutatorum*, aliaque id genus nomina; sic, ut bellicam illam intercidisse vim, neque ad nos pervenisse censeant, rudes omnino et inexperti eiuscemodi rerum aestimatores. Profecto nunquam adverterunt sagittariis Homericis, quibus artis suae nomen opprobrio vertebatur, non equum, non hastam, non scutum, nullum denique corporis munimentum fuisse; at in certamen venisse pedibus, et necesse habuisse delitescere optando sibi praesidium post clypeum commilitonis, vel ad cippum adnitendo supra sepulchrum: ubi nec fuga evadere, nec

γουσι τοῖς πολεμίοις ἐπιτίθεσθαι οἷοί τε ἦσαν, οὐ μὴν οὐδὲ ἀπὸ τοῦ ἐμφανοῦς διαμάχεσθαι, ἀλλά τι κλέπτειν ἐδόκουν ἀεὶ τῶν ἐν τῇ ξυμβολῇ γενομένων. ἄνευ δὲ τούτων οὕτως ἀταλαιπώρως
H 2 ἐχρῶντο τῇ τέχνῃ, ὥστε πελάσαντες τῷ σφετέρῳ μαζῷ τὴν νευρὰν εἶτα τὸ βέλος ἠφίεσαν κωφόν τε καὶ οὐτιδανὸν εἰκότως τοῖς δεχομένοις ἐσόμενον. τοιαύτη μέν τις οὖσα ἡ τοξεία φαίνεται πρότερον.

P 7 Οἱ δέ γε τανῦν τοξόται ἴασι μὲν ἐς μάχην τεθωρακισμένοι τε καὶ κνημῖδας ἐναρμοσάμενοι μέχρι ἐς γόνυ. ἤρτηται δὲ αὐτοῖς ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς πλευρᾶς τὰ βέλη, ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας τὸ ξίφος. εἰσὶ δὲ οἷς καὶ δόρυ προσαποκρέμαται καὶ βραχεῖά τις ἐπὶ τῶν ὤμων ἀσπὶς ὀχάνου χωρὶς, οἷα τά τε ἀμφὶ τὸ πρόσωπον καὶ τὸν αὐχένα ἐπικαλύπτειν. ἱππεύονται δὲ ὡς ἄριστα καὶ θέοντος αὐτοῖς ὡς τάχιστα τοῦ ἵππου τὰ τόξα τε οὐ χαλεπῶς ἐντείνειν οἷοί τέ εἰσιν ἐφ᾽ ἑκάτερα καὶ διώκοντάς τε βάλλειν τοὺς πολεμίους καὶ φεύγοντας. ἕλκεται δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸ μέτωπον ἡ
B νευρὰ, παρ᾽ αὐτὸ μάλιστα τῶν ὤτων τὸ δεξιὸν, τοσαύτης ἀλκῆς ἐμπιπλῶσα τὸ βέλος, ὥστε τὸν ἀεὶ παραπίπτοντα κτείνειν, οὔτε ἀσπίδος ἴσως οὔτε θώρακος ἀποκρούεσθαί τι δυναμένου τῆς ῥύμης. εἰσὶ δὲ οἳ τούτων ἥκιστα ἐνθυμούμενοι σέβονται μὲν καὶ τεθήπασι τὸν παλαιὸν χρόνον, οὐδὲν δὲ ταῖς ἐπιτεχνήσεσι δι-

2. ἀλλά τι] ἀλλὰ τὸ A. 5. ἠφίεσαν] ἀφίεσαν A. 8. ἴασι] ἴασιν A. 9. μέχρι A. μέχρις P. 12. οἷα] οἷα P. 13. τὸν om. A. 18. ἐμπιπλῶσα A. ἐμπιπλᾶσα P. ibid. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

vertentibus terga hostibus instare poterant. Non illi ex aperto pugnare; sed eorum, quae in praelio fierent, aliquid furtim sublegere semper videbantur. Praeterea in usu artis suae adeo inertes erant, ut admoto ad mammam nervo sagittam impellerent languidam, et merito ab iis ipsis, quos attingebat, deridendam ut futilem. Ita quidem veteres artem sagittariam exercebant.

Hodie vero qui arcu militant, ad pugnam procedunt loricati, et ocreis ad genu usque pertinentibus muniti. Aptas e latere dextro sagittas habent, e sinistro gladium: hastile etiam appensum nonnulli gestant, et scutulum nulla instructum ansa, ad humeros habile, quo vultum et collum tegant. Commode equitant, et quam celerrime currente equo sagittas expedite missitant utroque versum, hostemque insequentem aeque feriunt ac fugientem. Caeterum elato ad frontem arcu, nervum retorquent ad aurem pene usque dexteram: isque vim tantam incutit sagittae, ut haec obvio cuiqué certum exitium afferat; nihil utique ad repellendum impetum conferentibus nec clypeo nec lorica. Sunt tamen qui his minime perpensis antiquitatem unam venerentur ac stupeant, neque in

δόασι πλέον. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν κωλύσει μὴ οὐχὶ μέγιστά τε καὶ ἀξιολογώτατα ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις ξυμβῆναι. λελέξεται δὲ πρῶτον ἀρξαμένοις μικρὸν ἄνωθεν ὅσα Ῥωμαίοις ξυνηνέχθη καὶ Μήδοις πολεμοῦσι παθεῖν τε καὶ δρᾶσαι.

β΄. Ἡνίκα τὸν βίον Ἀρκάδιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐν Βυ- C ζαντίῳ τελευτᾶν ἤμελλεν (ἦν γάρ οἱ παῖς Θεοδόσιος οὔπω τοῦ τιτθοῦ ἀπαλλαγείς), διηπορεῖτο ἀμφί τε τῷ παιδὶ καὶ τῇ βασι- V 227 λείᾳ, εὖ θέσθαι ἄμφω ὡς ἥκιστα ἔχων. ἐγίνετο γάρ τις αὐτῷ ἔννοια, ὡς, ἢν μὲν κοινωνόν τινα Θεοδοσίῳ τῆς ἡγεμονίας πορίζηται, αὐτὸς ἂν τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ διαχρησάμενος τῷ ἔργῳ εἴη, πολέμιον αὐτῷ δύναμιν τὴν βασίλειον περιβεβλημένον ἐπαγαγών, ἢν δὲ μόνον αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστήσηται, πολλοὶ D μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἐπιβατεύσουσι, τῆς τοῦ παιδὸς ἐρημίας, ὡς τὸ εἰκός, ἀπολαύοντες, ἐπαναστάντες δὲ πόνῳ οὐδενὶ τυραννήσουσι, τὸν Θεοδόσιον διαφθείραντες, ἐπεὶ οὐδένα ἐν Βυζαντίῳ ξυγγενῆ εἶχεν, ὅς γ᾽ ἂν αὐτῷ ἐπίτροπος εἴη. Ὁνώριον γάρ οἱ τὸν θεῖον ἐπαρκέσειν οὐδαμῇ ἤλπισε, πονηρῶν ἤδη τῶν Ἰταλίας πραγμάτων ὄντων. οὐδὲν δὲ ἧσσον καὶ τὰ ἐκ Μήδων αὐτὸν ξυνετάρασσε, δεδιότα μὴ οἱ βάρβαροι οὗτοι τῆς τοῦ αὐτοκράτο- P 8 ρος καταθέοντες ἡλικίας ἀνήκεστα ἔργα Ῥωμαίους δράσωσιν. ἐς ταύτην Ἀρκάδιος τὴν ἀμηχανίαν ἐμπεπτωκώς, καίπερ οὐ γεγονὼς

10. αὐτοῦ] αὐταῦ P. 18. μήδων A. μῆδον P. 20. ῥωμαίους A. ῥωμαίοις P.

pretio maiori habeant novas accessiones industriae. Nihilominus hoc manebit, res in his bellis amplissimas et cum primis memorabiles effectas fuisse. Nunc priorem locum dabimus bello, quod Romanos inter ac Medos fuit, variamque eius fortunam, offensiones et victorias prosequemur, ubi rem paulo altius repetierimus.

2. Byzantii cum Arcadius Augustus in extremis ageret, Theodosii filii sui nondum amoti ab ubere et Imperii vicem sollicitus, quid testamento decerneret, quo bene cautum utrique esset, nesciebat. Etenim veniebat in mentem vereri, ne si Theodosio principatus consortem daret, filio ipse suo conflaret exitium, hostem illi inducendo suprema potestate septum: sin eum solum scriberet Imperatorem, multi (quod proclive videbatur) capta opportunitate solitudinis pueri affectarent regnum, et oppresso rebellione Theodosio tyrannidem nullo negotio occuparent; maxime cum Byzantii nemo adesset propinquorum, in cuius tutelam tradi posset. Neque enim spes erat laturum ipsi opem Honorium patruum, difficillimis Italiae rebus impeditum. Nec minus illum conturbabat impendens a Medis timor; cum metueret ne suis hi Barbari incursionibus, dum per teneram Imperatoris aetatem liceret impune, Romanos attererent. Has in angustias adductus Arcadius, vir caetera haud adeo sa-

ἐς τἄλλα ἀγχίνους, βουλεύεται βουλὴν, ἥτις οἱ τόν τε παῖδα καὶ τὴν ἀρχὴν διασώσασθαι εὐπετῶς ἴσχυσεν, εἴτε κοινολογησάμενος τῶν λογίων τισὶν, οἷοι πολλοὶ βασιλείοις παρεδρεύειν εἰώθασιν, ἢ θείας τινὸς ἐπιπνοίας αὐτῷ γενομένης. διαθήκης γὰρ διαθεὶς γράμματα, διάδοχον μὲν τῆς ἡγεμονίας ἀνεῖπε τὸν παῖδα, ἐπίτροπον δὲ αὐτῷ κατεστήσατο Ἰσδιγέρδην τὸν Περσῶν βασιλέα, ᾧ δὴ πολλὰ ἐν ταῖς διαθήκαις ἐπέσκηψε, Θεοδοσίῳ τὴν
B βασιλείαν σθένει τε καὶ προνοίᾳ πάσῃ συνδιασώσασθαι. Ἀρκάδιος μὲν ὧδε τήν τε ἀρχὴν καὶ τὰ οἰκεῖα διοικησάμενος ἐτελεύτησεν· Ἰσδιγέρδης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ἐπεὶ τὸ γράμμα τοῦτο ἀπενεχθὲν εἶδεν, ὢν καὶ πρότερον ἐπὶ τρόπου μεγαλοφροσύνῃ διαβόητος ἐς τὰ μάλιστα, ἀρετὴν ἐπεδείξατο θαύματός τε πολλοῦ καὶ λόγου ἀξίαν. τὰς γὰρ Ἀρκαδίου ἐντολὰς ἐν ἀλογίᾳ οὐδεμιᾷ ποιησάμενος εἰρήνῃ τε ἀφθόνῳ χρώμενος διαγέγονεν ἐς Ῥωμαίους τὸν πάντα χρόνον καὶ Θεοδοσίῳ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο. αὐτίκα γοῦν πρὸς Ῥωμαίων τὴν βουλὴν γράμματα ἔγραψεν, ἐπίτροπός τε οὐκ ἀπαρνούμενος Θεοδοσίου βασιλέως εἶναι καὶ πόλε-
C μον ἐπανατεινάμενος, ἤν τις αὐτῷ ἐς ἐπιβουλὴν ἐγχειροίη καθίστασθαι.

Ἐπεὶ δὲ Θεοδόσιος μὲν ἀνήρ τε ἐγεγόνει καὶ ἡλικίας πόρρω ἀφῖκτο, Ἰσδιγέρδης δὲ νοσήσας ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, ἐπῆλθεν μὲν ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν Οὐαραράνης ὁ Περσῶν βασιλεὺς

1. βουλὴν L. βουλῇ P. 3. βασιλείοις A. βασιλεῖ P. 6. τὸν] τῶν P. 18. ἐπανατεινάμενος] ἐπανατεινόμενος A correctus. 21. ἐπῆλθεν — ἄχαρι] ὁ Περσῶν βασιλεὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν, οὐδὲν δὲ ἔδρασεν ἄχαρι, Suidas s. v. ἄχαρι.

gaci ingenio, viam iniit filio atque Imperio saluberrimam, sive tum egerit cum prudentibus viris (quales multi assidere et a consiliis esse Imperatori solent) sive divino quodam actus instinctu fuerit. Conscripto enim testamento, haeredem Imperii filium, huius tutorem instituit Isdigerdem Regem Persarum. Supremis tabulis obsecrationem inseruit, eum enixe rogans, ut ad Imperium Theodosio asserendum potentiam suam omnem providentiamque conferret. Hunc in modum Arcadius et publicis et domesticis rebus compositis, e vita migravit. Rex autem Persarum Isdigerdes magnitudine animi iam ante clarissimus, cum oblatas sibi tabulas legisset, virtutis exemplum edidit mirum valde ac memorandum. Mandata enim Arcadii minime aspernatus, Romanos, quandiu vixit, pace beavit altissima, et imperium Theodosio conservavit, siquidem per literas ad Senatum Romanum extemplo datas, Theodosii Augusti tutelam agnovit, bellumque iam tum intentavit, si quid novi in ipsum quispiam attentaret.

Maior evaserat, et adulta aetate erat Theodosius, Isdigerdes autem morbo obierat, quando Vararanes Persarum Rex cum ingenti exercitu in

στρατῷ μεγάλῳ, ἔδρασε δὲ οὐδὲν ἄχαρι, ἀλλ' ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς τὰ οἰκεῖα τρόπῳ τοιῷδε. Ἀνατόλιον τὸν τῆς ἕω στρατηγὸν Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς πρεσβευτὴν ἐς Πέρσας μόνον αὐτὸν ἐτύγχανε πέμψας· ὃς ἐπεὶ ἄγχιστα ἐγεγόνει τοῦ Μήδων στρατοῦ, H 3 ἀποθρώσκει μὲν τοῦ ἵππου μόνος, πεζῇ δὲ βαδίζων ἐπὶ Οὐαραράνην ᾔει. καὶ αὐτὸν Οὐαραράνης ἰδὼν τῶν παρόντων ἀνεπυν- D θάνετο ὅστις ποτὲ ὁ προσιὼν εἴη. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων εἶναι στρατηγὸν ἔφασαν. καταπλαγεὶς οὖν τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς τιμῆς ὁ βασιλεὺς οὕτω στρέψας τὸν ἵππον ὀπίσω ἀπήλαυνε, καί οἱ ἅπας ὁ τῶν Περσῶν λεὼς εἵπετο. γενόμενος δὲ ἐν τῇ οἰκείᾳ γῇ τόν τε πρεσβευτὴν ξὺν φιλοφροσύνῃ πολλῇ εἶδε καὶ τὴν εἰρήνην ξυνεχώρησεν οὕτως, ὥσπερ Ἀνατόλιος πρὸς αὐτοῦ ἔχρῃζεν, ἐφ' ᾧ μέντοι μηδέτεροι ἐν χωρίῳ οἰκείῳ ἐν γειτόνων τοῖς τῶν ἑτέρων ὁρίοις ὄντι ὀχύρωμα νεώτερόν τι ἐργάζονται. οὗ δὴ αὐτοῖς ἐξειργασμένου ἑκάτεροι τὰ οἰκεῖα ὅπη ἐβούλοντο ἔπρασσον.

γ΄. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Περόζης ὁ Περσῶν βασιλεὺς πρὸς P 9 V 228 τὸ Οὔννων τῶν Ἐφθαλιτῶν ἔθνος, οὕσπερ λευκοὺς ὀνομάζουσι, πόλεμον περὶ γῆς ὁρίων διέφερε, λόγου δὲ ἄξιον στρατὸν ἀγείρας ἐπ' αὐτοὺς ᾔει. Ἐφθαλῖται δὲ Οὐννικὸν μὲν ἔθνος εἰσί τε καὶ ὀνομάζονται, οὐ μέντοι ἀναμίγνυνται ἢ ἐπιχωριάζουσιν Οὔννων

17. „Ἐφθαλιτῶν] In fragmento Procopiano Andreae Schotti legitur Νεφθαλιτῶν. Utra lectio praeferenda sit, ex iis, quae dicam alibi, intelligetur." Malt. Utriusque scripturae testes indicavit Kanngiesserus. Vide Photii Excerpta infra p. 81 b. c. 19. Ἐφθαλῖται] Εφθαλίται P hic et infra.

fines Romanorum irrupit. Verum innoxius reque infecta sese domum recepit: quod ita accidit. Anatolius militum per Orientem magister, quem unum Theodosius Aug. legatum ad Persas proficisci iusserat, cum proxime eorum exercitum venisset, ex equo desiluit, et pedibus ire solus perrexit ad Vararanem. Hic hominem conspicatus, ex astantibus scitari, quis ille qui sic accederet? Tum ii, Magistrum esse illum militiae Romanae dixerunt. Percussit Regem eximia observantia, impulitque ut flexum illico equum retro concitaret, Persis sequentibus universis. Ubi pedem in solo posuit suae ditionis, tum demum perhumaniter ad conspectum suum admisit oratorem, et pacem ea conditione, qua Anatolius petebat, concessit, ut neutra gens in suo solo prope fines alterius novam ullam munitionem extrueret. Quo rite praestito, liberum in utraque Imperio cursum res habuere.

3. Post haec Rex Persarum Perozes cum Ephthalitis Hunnis, quos Albos vocant, de regni finibus aggressus bello contendere, exercitum contra illos florentem duxit. Porro Ephthalitae et genus et nomen Hunnorum participant; licet cum Hunnis, quos novimus, nullam ipsis com-

τισὶν ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἐπεὶ οὔτε χώραν αὐτοῖς ὅμορον ἔχουσιν οὔτε πη αὐτῶν ἄγχιστα ᾤκηνται, ἀλλὰ προσοικοῦσι μὲν Πέρσαις πρὸς βορρᾶν ἄνεμον, οὗ δὴ πόλις Γοργὼ ὄνομα πρὸς αὐταῖς που
B ταῖς Περσῶν ἐσχατιαῖς ἐστιν, ἐνταῦθα δὲ περὶ γῆς ὁρίων διαμάχεσθαι πρὸς ἀλλήλους εἰώθασιν. οὐ γὰρ νομάδες εἰσὶν ὥσπερ τὰ ἄλλα Οὐννικὰ ἔθνη, ἀλλ' ἐπὶ χώρας ἀγαθῆς τινος ἐκ παλαιοῦ ἵδρυνται. ταῦτά τοι οὐδέ τινα ἐσβολὴν πεποίηνται πώποτε ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν, ὅτι μὴ ξὺν τῷ Μήδων στρατῷ. μόνοι δὲ Οὔννων οὗτοι λευκοί τε τὰ σώματα καὶ οὐκ ἄμορφοι τὰς ὄψεις εἰσίν. οὐ μὴν οὔτε τὴν δίαιταν ὁμοιότροπον αὐτοῖς ἔχουσιν οὔτε
C θηρίων βίον τινὰ ἧπερ ἐκεῖνοι ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς βασιλέως ἑνὸς ἄρχονται καὶ πολιτείαν ἔννομον ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους τε καὶ τοὺς πέλας ὀρθῶς καὶ δικαίως ξυμβάλλουσι, Ῥωμαίων τε καὶ πάντων οὐδέν τι ἧσσον. οἱ μέντοι εὐδαίμονες αὐτοῖς φίλους ἑταιρίζονται ἄχρι ἐς εἴκοσιν, ἂν οὕτω τύχῃ, ἢ τούτων πλείους, οἵπερ αὐτοῖς ξυμπόται μὲν ἐς ἀεὶ γίνονται, τῶν δὲ χρημάτων μετέχουσι πάντων, κοινῆς τινος ἐξουσίας αὐτοῖς ἐς ταῦτα οὔσης. ἐπειδὰν δὲ τῷ αὐτοὺς ἑταιρισαμένῳ τελευτῆσαι ξυμβαίη, τούτους δὴ τοὺς
D ἄνδρας ζῶντας ξὺν αὐτῷ ἐς τὸν τάφον ἐσκομίζεσθαι νόμος.

Ἐπὶ τούτους τοὺς Ἐφθαλίτας τῷ Περόζῃ πορευομένῳ ξυμπαρῆν πρεσβευτὴς, ὃς δὴ ἔτυχε πρὸς βασιλέως Ζήνωνος παρ' αὐ-

1. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. ibid. αὐτοῖς A. αὐτῶν P. 10. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 11. θηρίων] θηρίον A. 12. τοὺς πέλας] τοῖς πέλας ἀεὶ A correctus. 15. τύχῃ A correctus. τύχοι P.

mercium intercedat. Haud enim eorum confines sunt neque accolae; sed Persarum, a Septentrione: ubi est Gorgo, urbs ad oram sita extremam Persidis. Hic de limitibus certare inter se solent. Nec vero vagantur Ephthalitae palanturve caeterorum more Hunnorum; sed fixas iam inde antiquitus in regione benigna sedes retinent, ita quidem ut nunquam nisi una cum Medis in Romanam ditionem irruperint. Ex Hunnis hi soli corpora cute candida et vultus habent minime deformes. Longe etiam diversis moribus vivunt. Non enim vitam, ut illi, ferinam agunt; sed Regi uni parent, ac sub politicis legibus, inter se et cum vicinis ex aequo et bono contrahunt, nec minori sane cum laude quam Romani et quaevis aliae nationes. Opulentissimi quique amicos adiungunt sibi vicenos, aut, si fors tulerit, etiam plures, quos semper habent convivas, omniumque facultatum suarum participes, dato singulis communi quodam in eas iure. At ubi fato concessit qui illos sibi sodales asciverat, obtinuit consuetudo, ut ipsi adhuc vitae pleni in tumulum cum mortuo inferantur.

Petentem Ephthalitas Perozem secutus est Eusebius Zenonis Augusti apud eum Legatus. At illi simulata fuga, quasi hostium adventu ter-

τὴν ἐσταλμένος, Εὐσέβιος ὄνομα. Ἐφθαλῖται δὲ δόκησιν παρεχόμενοι τοῖς πολεμίοις, ὅτι δὴ αὐτῶν κατωρρωδηκότες τὴν ἔφοδον ἐς φυγὴν ὥρμηνται, ᾔεσαν δρόμῳ ἐς χῶρόν τινα, ὅνπερ ὄρη ἀπότομα πανταχόθεν ἐκύκλουν, συχνοῖς τε καὶ ἀμφιλαφέσιν ἐς ἄγαν καλυπτόμενα δένδροις. ἐντὸς δὲ τῶν ὀρῶν προϊόντι ὡς πορρωτάτω ὁδὸς μέν τις ἐφαίνετο ἐν μέσῳ εὐρεῖα ἐπὶ πλεῖστον διήκουσα, P 10 ἔξοδον δὲ τελευτῶσα οὐδαμῇ εἶχεν, ἀλλ᾽ ἐς αὐτὸν μάλιστα τὸν κύκλον τῶν ὀρῶν ἔληγε. Περόζης μὲν οὖν, δόλου παντὸς ἀφροντιστήσας οὐκ ἐννοῶν τε ὡς ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ πορεύοιτο, ἀνεπισκέπτως ἐδίωκε. τῶν δὲ Οὔννων ὀλίγοι μέν τινες ἔμπροσθεν ἔφευγον, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐν ταῖς δυσχωρίαις διαλαθόντες κατὰ νώτου ἐγένοντο τοῦ τῶν πολεμίων στρατοῦ, οὔπω τε αὐτοῖς ἐβούλοντο ἔνδηλοι εἶναι, ὅπως δὴ τῆς ἐνέδρας πόρρω χωρήσαντες ἐντός τε τῶν ὀρῶν ἐπὶ πλεῖστον γεγενημένοι μηκέτι ὀπίσω ἀναστρέφειν οἷοί τε ὦσιν. ὧνπερ οἱ Μῆδοι αἰσθόμενοι (ἤδη γάρ καί τι τοῦ κινδύνου ὑπέφηνεν) αὐτοὶ μὲν δέει τῷ ἐκ Περόζου τὰ πα- B ρόντα σφίσιν ἐν σιωπῇ εἶχον, Εὐσέβιον δὲ πολλὰ ἐλιπάρουν παραίνεσιν ἐς τὸν βασιλέα ποιήσασθαι μακρὰν ἀπολελειμμένον τῶν οἰκείων κακῶν, βουλεύεσθαι μᾶλλον ἢ θρασύνεσθαι οὐκ ἐν δέοντι, καὶ διασκοπεῖσθαι, ἥν τίς ποτε μηχανὴ ἐς σωτηρίαν φέρουσα εἴη. ὁ δὲ Περόζῃ ἐς ὄψιν ἐλθὼν τύχην μὲν τὴν παροῦσαν ὡς ἥκιστα ἀπεκάλυψεν, ἀρξάμενος δὲ μυθοποιίας, λέοντά ποτε τράγῳ ἔφασκεν ἐντυχεῖν δεδεμένῳ τε καὶ μηκωμένῳ ἐπὶ χώρου τινὸς οὐ λίαν ὑψηλοῦ, ἐπὶ θοίνην δὲ αὐτοῦ τὸν λέοντα ἱέμενον ὁρμῆσαι V 229

16. ὑπέφηνεν] ὑπέφαινεν A corr. 20. ἐς σωτηρίαν A. εἰς σωτηρίαν P.

riti, cursu quemdam in locum contenderunt, quem undique praerupti montes ac densis opacisque nemoribus vestiti cingebant. Quo quidem penetrantibus via late patebat in medio, quae longissime ducere videbatur: nullum tamen habebat exitum, et ad montium ambitum desinebat. Hic Perozes doli plane omnis securus, nec se in hostili solo iter facere reputans, inexplorato persequebatur Hunnorum manum ante oculos fugientium; interea dum pars multo maxima in aspretis oblitescens imminebat a tergo, nec patere prius volebat, quam illi in insidias tam alte se induissent et in montium impediissent anfractus, ut non possent referre pedem. His Medi cognitis, (iam enim periculi indicium aliquod subortum erat) quo res loco essent, coram Peroze dissimulabant, veriti ne quid gravius decerneret. Enixe autem instabant Eusebio, ut Regem sui ignarum infortunii commoneret, hortareturque ne audaciam adhiberet intempestivam, sed consilium, et expediendae salutis rationem exploraret. Ille Perozem cum adiisset, haud nude rem statim exposuit. Verum orsus a fabula, in hircum aliquando non admodum edito in loco vinctum atque

μὲν ὡς ἁρπάσοντα, ἐμπεσεῖν δὲ ἐς κατώρυχα βαθεῖαν μάλιστα, C οὐδὲν κυκλοτερῆ ἔχουσαν στενήν τε καὶ οὐ πεπερασμένην, (διέξοδον γὰρ οὐδαμῆ εἶχεν) ἣν δὴ οἱ τοῦ τράγου κύριοι ἐξεπίτηδές τε- H 4 χνησάμενοι ὕπερθεν τῆς κατώρυχος τὸν τράγον τεθείκασι τῷ λέοντι ποδοστράβην ἐσόμενον. ταῦτα Περόζης ἀκούσας ἐς δέος ἦλθε μή ποτε Μῆδοι ἐπὶ πονηρῷ τῷ σφετέρῳ τὴν δίωξιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους πεποίηνται. καὶ πρόσω μὲν οὐκέτι ἐχώρει, μένων δὲ αὐτοῦ τὰ παρόντα ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο. Οὖννοι δὲ ἤδη ἑπόμενοι ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τοῦ χώρου τὴν εἴσοδον ἐν φυλακῇ εἶχον, ὅπως μηκέτι οἱ πολέμιοι ὀπίσω ἀπελαύνειν οἷοί τε ὦσι. καὶ οἱ Πέρσαι D τότε δὴ λαμπρῶς αἰσθόμενοι οὗ ἦσαν κακοῦ ἐν συμφορᾷ ἐποιοῦντο τὰ παρόντα σφίσι, διαφεύξεσθαι τὸν κίνδυνον ἐν ἐλπίδι οὐδεμιᾷ τὸ λοιπὸν ἔχοντες. ὁ δὲ τῶν Ἐφθαλιτῶν βασιλεὺς πέμψας παρὰ Περόζην τῶν οἱ ἑπομένων τινάς, πολλὰ μὲν αὐτῷ θράσους πέρι ἀλογίστου ὠνείδισεν, ἀφ' οὗ δὴ αὐτόν τε καὶ τὸ Περσῶν γένος κόσμῳ οὐδενὶ διαφθείρειεν, ἐνδώσειν δὲ καὶ ὣς τὴν σωτηρίαν Οὔννους αὐτοῖς ἐπηγγέλλετο, ἤν γε αὐτόν τε Περόζης προσκυνεῖν βούλοιτο ἅτε δεσπότην γεγενημένον καὶ ὅρκους τοὺς σφίσι πατρίους ὀμνὺς τὰ πιστὰ δοίη, μή ποτε Πέρσας ἐπὶ τὸ Ἐφθαλιτῶν ἔθνος στρατεύσεσθαι. ταῦτα ἐπεὶ Περόζης ἤκουσε, μάγων τοῖς παροῦσι κοινολογησάμενος ἀνεπυνθάνετο εἰ τὰ ἐπαγγελλόμενα πρὸς τῶν ἐναντίων ποιητέα εἴη. οἱ δὲ μάγοι ἀπεκρίναντο

12. διαφεύξεσθαι A. διαφεύξασθαι P. 14. θράσους πέρι A corr. περὶ θράσους P. 15. τὸ περσῶν A. τῶν Περσῶν P.

balantem incurrisse leonem dixit, obiectaeque dapis cupidine actum ita quidem insiluisse ut rapturus videretur; in fossam vero decidisse altissimam; quae tramitem certe circumflexum habebat, sed angustum valde nec foras pervium, ut qui ab omni parte careret exitu. Sic nempe ductus consulto fuerat ab hirci dominis, et hic supra scrobem ita locatus, ut leo caperetur. Haec ubi Perozes audiit, vereri coepit ne in perniciem Medi suam ruissent, hostem insequendo. Nec porro perrexit; sed eodem loci temporisque vestigio instituit cum re praesenti deliberare. Ecce autem a tergo Hunni se prodere et ex aperto montis fauces custodire, quo receptum hosti praecluderent. Tum demum Persae in quae mala devenissent perspicere, deplorare praesentem vicem, ac periculi fugam desperare. At Rex Ephthalitarum missis ad Perozem aliquot e suis asseclis, vehementer illi exprobravit inconsideratam audaciam, qua se gentemque suam foede perditum ivisset. Hunnos tamen parsuros promisit, si modo ipse a Peroze tanquam dominus adoraretur, fidemque patrio illorum sacramento authoratam acciperet, nunquam Persas bellum Ephthalitis illaturos. Quibus Perozes auditis, Magos, qui aderant, consulens, num data conditione utendum esset rogavit. Responsum a

τὰ μὲν ἀμφὶ τῷ ὅρκῳ ὅπῃ οἱ βουλομένῳ ἐστὶν αὐτὸν διοικήσασθαι, ἐς μέντοι τὸ ἕτερον σοφίᾳ περιελθεῖν τὸν πολέμιον. P 11 εἶναι γὰρ αὐτοῖς νόμον τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολὰς προσκυνεῖν ἡμέρᾳ ἑκάστῃ. δεήσειν οὖν αὐτὸν τηρήσαντα ἐς τὸ ἀκριβὲς τὸν καιρὸν ξυγγενέσθαι μὲν ἅμα ἡμέρᾳ τῷ τῶν Ἐφθαλιτῶν ἄρχοντι, τετραμμένον δέ που πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον προσκυνεῖν· ταύτῃ γὰρ ἂν ἐς τὸ ἔπειτα τῆς πράξεως τὴν ἀτιμίαν φυγεῖν δύναιτο. Περόζης μὲν οὖν ἀμφί τε τῇ εἰρήνῃ τὰ πιστὰ ἔδωκε καὶ τὸν πολέμιον προσεκύνησε, καθάπερ τῶν μάγων ἡ ὑποθήκη παρήγγελλεν, ἀκραιφνεῖ δὲ τῷ Μήδων στρατῷ παντὶ ἐπ᾽ οἴκου ἀσμένως ἀνεχώρησε.

δ'. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἀλογήσας τὰ ὀμωμοσμένα τίσασθαι Οὔννους τῆς ἐς αὐτὸν ὕβρεως ἤθελε. πάντας οὖν αὐτίκα ἐκ πάσης γῆς Πέρσας τε καὶ ξυμμάχους ἀγείρας ἐπὶ τοὺς Ἐφθαλίτας ἦγε, τῶν παίδων ἕνα Καβάδην ὀνομαζόμενον μόνον ἀπολιπὼν (τηνικαῦτα γὰρ ἡβηκὼς ἔτυχε), τοὺς δὲ λοιποὺς ἅπαντας ἐπαγόμενος τριάκοντα μάλιστα. Ἐφθαλῖται δὲ αὐτοῦ τὴν ἔφοδον γνόντες, ἀχθόμενοί τε οἷς δὴ πρὸς τῶν πολεμίων ἠπάτηντο, τὸν βασιλέα ἐκάκιζον, ἅτε προϊέμενον Μήδοις τὰ πράγματα. καὶ B ὃς αὐτῶν ξὺν γέλωτι ἐπυνθάνετο τί ποτε ἄρα σφῶν προϊέμενος εἴη, πότερον τὴν γῆν ἢ τὰ ὅπλα ἢ ἄλλο τι τῶν πάντων χρημάτων. οἱ δὲ ὑπολαβόντες οὐκ ἄλλο οὐδὲν πλήν γε δὴ ὅτι τὸν καιρὸν ἔφασαν, οὗ τἄλλα πάντα ἠρτῆσθαι ξυμβαίνει. οἱ μὲν οὖν τοῖς

4. δεήσειν] δεήσει P. 12. ἀλογήσας A. ἀλογίσας P.

Magis, quod attineret ad iusiurandum, componeret ipse arbitratu suo; quod ad alterum, solerter hostem circumveniret. Mox suggesserunt in patriis esse moribus adorare quotidie solem orientem: itaque oportere, ut tempore diligenter observato, Regem Ephthalitarum prima luce adiret, et ad solem surgentem conversus, hunc adoraret: quo astu ignominiam facti elevare deinde posset atque effugere. Igitur Perozes cum pacis fidem dedit, tum hostem ex Magorum praescripto veneratus est: sic demum laetus exercitum reduxit salvum atque incolumem.

4. Aliquanto post Perozes spreto, quo se obstrinxerat, iuramento, impositam sibi ab Hunnis contumeliam ultum ire decrevit. Quapropter ubi copias undique et Persarum et sociorum collegisset, eas ipse in Ephthalitas duxit cum triginta filiorum suorum grege, uno Cabade, qui nondum ex ephebis excesserat, domi relicto. De illius profectione factis certioribus Ephthalitis, accidit ex eo dolor, quod ab hoste circumscripti fuissent; mox et in Regis vituperationem erupit, cum dicerent eum Medis res patriae prodidisse. Is ad haec ridens ex ipsis quaerere, ecquid tandem cessisset? Utrumne arva, an arma, aut e facultatibus caeteris aliud forte quippiam? At illi occasionem, unde omnia pende-

V 230 ἐπιοῦσιν ὑπαντιάζειν πάσῃ προθυμίᾳ ἠξίουν, ὁ δὲ αὐτοὺς μὲν ἔν
γε τῷ παρόντι ἐκώλυεν. οὔπω γὰρ σαφές τι ἀμφὶ τῇ ἐφόδῳ ἰσχυ-
C ρίζετο γεγονέναι σφίσιν, ἐπεὶ οἱ Πέρσαι ἔτι ἐν γῇ τῇ οἰκείᾳ τυγ-
χάνουσιν ὄντες· μένων δὲ αὐτοῦ ἐποίει τάδε. ἐν τῷ πεδίῳ, ᾗ
ἤμελλον Πέρσαι ἐς τὰ Ἐφθαλιτῶν ἤθη ἐσβάλλειν, χώραν πολλήν
τινα ἐπὶ πλεῖστον ἀποτεμὼν τάφρον εἰργάσατο βαθεῖάν τε καὶ
εὖρους ἱκανῶς ἔχουσαν, ὀλίγον τινὰ ἐν μέσῳ ἀκραιφνῆ χῶρον
ἀπολιπὼν ὅσον ἵππων ὁδῷ ἐπαρκεῖν δέκα. καλάμους τε τῇ τά-
P 12 φρῳ ὕπερθεν ἐπιθεὶς καὶ γῆν ἐπὶ τοὺς καλάμους συναμησάμενος,
ταύτῃ ἐπιπολῆς ἔκρυψεν, Οὔννων τε τῷ ὁμίλῳ ἐπέστελλεν, ἐπει-
δὰν ἐνθένδε ὀπίσω ἀπελαύνειν μέλλωσι, διὰ χώρου τοῦ χέρσου ἐς
ὀλίγους σφᾶς συναγαγόντας σχολαιτέρους ἰέναι, φυλασσομένους
ὅπως μὴ ἐς τὰ ἐσκαμμένα ἐμπίπτοιεν· τοὺς δὲ ἅλας ἄκρου ση-
μείου τοῦ βασιλείου ἀπεκρέμασεν, ἐς οὓς τὸν ὅρκον Περόζης
ὤμοσε πρότερον, ὧν δὴ ἀλογήσας ἐπὶ Οὔννους ἐστράτευσεν. ἕως
μὲν οὖν ἐν τῇ γῇ τῇ σφετέρᾳ τοὺς πολεμίους ἤκουεν εἶναι, ἡσυχῇ
ἔμενεν, ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ἐς Γοργὼ πόλιν ἔμαθεν ἀφικέσθαι πρὸς
τῶν κατασκόπων, ἥπερ ἐν τοῖς ἐσχάτοις Περσῶν ὁρίοις τυγχάνει
B οὖσα, ἐνθένδε τε ἀπαλλαγέντας ὁδοῦ ἐπὶ σφᾶς ἤδη ἰέναι, αὐτὸς
μὲν τῷ πλείονι στρατῷ τῆς τάφρου ἐντὸς ἔμεινεν, ὀλίγους δὲ πέμ-
ψας, ὀφθῆναι μὲν τοῖς ἐναντίοις ἐν τῷ πεδίῳ ἐκέλευε μακρὰν
ἄποθεν, ὀφθέντας δὲ μόνον εἶτα ἀνὰ κράτος φεύγειν ὀπίσω, ἐν

22. ἄποθεν] ἄπωθεν L hic et p. 22, 8.

rent, dimissam fuisse conquesti, nihilominus parabant promptissimis animis hosti occurrere. Sed vetuit in praesentia Rex, affirmans se de irruptione Persarum nihil dum habere explorati, cum adhuc suos se intra limites tenerent. Itaque haud ultra movens, haec praemolitus est. In campo, qua Persae patrias Ephthalitarum sedes ingressuri erant, spatium magnum intercidens, fossam duxit altitudinis latitudinisque ingentis, relicta in medio exigua intercapedine terrae non subactae, quanta sufficeret equis decem, qui frontibus aequatis irent. Impositis deinde calamis, et his supergesta humo foveam obcaecavit, Hunnorum turmae, quae ex ulteriori tractu conversura cursum erat, praecipiens, ut in eo interstitio, quod solidum relinquebatur, densarent ordines lentiusque incederent, ne in fossam prolaberentur. Ipsum etiam e vexilli regii cuspide salem suspendit, per quem Perozes ante iuraverat, et quem modo contemnens, bello Hunnos appetebat. Ergo tandiu Rex Ephthalitarum sese continuit, dum fama fuit hostem agere in suo regno. Simul autem ab exploratoribus didicit, Persas attigisse Gorgo, urbem in extrema Perside positam, iamque illinc profectos petere Ephthalitas; ipse quidem cum parte copiarum maxima cis fossam substitit; paucos vero emittens, iussit in conspectum dare se hostibus procul in campo, mox in fugam

μνήμῃ τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς ἀμφὶ τῇ καταώρυχι ἔχοντας, ἡνίκα δὴ αὐτῆς ἄγχιστα ἵκοιντο. οἱ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίουν, καὶ ἐπεὶ τῆς διώρυχος ἀγχοτάτω ἐγένοντο, ἐς ὀλίγους σφᾶς ξυναγαγόντες διέβησαν B ἅπαντες καὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἀνεμίγνυντο. οἱ δὲ Πέρσαι ξυνιέναι τῆς ἐπιβουλῆς οὐδαμῆ ἔχοντες κατὰ κράτος ἐν πεδίῳ λίαν ὑπτίῳ ἐδίωκον, θυμῷ πολλῷ ἐς τοὺς πολεμίους ἐχόμενοι. ἔς τε γοῦν τὴν τάφρον ἐμπεπτώκασιν ἅπαντες, οὐχ οἱ πρῶτοι μόνον C, ἀλλὰ καὶ ὅσοι ὄπισθεν εἵποντο. ἅτε γὰρ τὴν δίωξιν ξὺν θυμῷ μεγάλῳ, καθάπερ ἐρρήθη, ποιούμενοι, ὡς ἥκιστα ᾔσθοντο τοῦ κακοῦ, ὡς δὴ ξυντετύχηκε τοῖς ἔμπροσθεν ἰοῦσιν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοὺς ξὺν τοῖς ἵπποις τε καὶ δόρασιν ἐμπεπτωκότες, ἐκείνους τε, ὡς τὸ εἰκὸς, ἔκτειναν καὶ αὐτοὶ οὐδέν τι ἧσσον ξυνδιεφθάρησαν. ἐν οἷς καὶ Περόζης ἦν ξὺν παισὶ τοῖς αὐτοῦ ἅπασι. καὶ αὐτὸν μέλλοντα ἐς τὸ βάραθρον τοῦτο ἐμπεσεῖσθαι φασὶ τοῦ τε δεινοῦ ᾐσθῆσθαι καὶ τὸ μάργαρον, ὃ οἱ λευκότατόν τε καὶ μεγέθους ὑπερβολῇ ἔντιμον ἐξ ὠτὸς δεξιοῦ ἀπεκρέματο, ἀφελόντα ῥῖψαι, ὅπως δὴ μή τις αὐτὸ ὀπίσω φοραίη, ἐπεὶ ἀξιοθέατον ὑπερφυῶς ἦν, οἷον οὔπω πρότερον ἑτέρῳ τῳ βασιλεῖ γέγονεν· D ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες. οὐ γὰρ ἂν ἐνταῦθα γενόμενος τοῦ κακοῦ ἄλλου ὁτουοῦν ἐς φροντίδα ἦλθεν, ἀλλ' οἶμαι τό τε οὖς αὐτῷ ἐν τούτῳ ξυγκεκόφθαι τῷ πάθει καὶ τὸ μάργαρον ὅπη ποτὲ ἀφανισθῆναι. ὅπερ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τότε πρίασθαι πρὸς τῶν Ἐφθαλιτῶν ἐν σπουδῇ ποιησάμενος ἥκιστα ἴσχυσεν. οὐ γὰρ

6. ἐχόμενοι] ἐρχόμενοι A corr. 15. τὸ μάργαρον] ὁ μάργαρος ex Procopio scholion apud Photium Bibl. p. 22. ed. Bekk.

se effuse convertere, memores in primis quae circa foveam mandata haberent, ubi propius accessissent. Neque ea emissarii fefellere. Ut enim fossae appropinquarunt, collecto in arctum agmine transierunt omnes, seque suis admiscuerunt. Interea Persae praecipiti in hostem furore fervidi, per aperta et plana spatia, ubi nullas suspicari insidias poterant, ferebantur. Sed in foveam demum lapsi sunt, non primi modo, sed quicunque etiam sequebantur. Quippe caeco impetu abrepti, ut dictum est, praeeuntium casum non ante deprehenderunt, quam super illos cum equis et hastis voluti, certum exitium attulere miseris, neque ipsi effugerunt. In his fuit cum filiis omnibus Perozes, quem ferunt, cum proximus esset barathro, mali aliquid praesagisse, et rarum candore ac magnitudine unionem, quem ex aure dextera suspensum gestabat, proiecisse, ne quis illum deinceps ferret. Erat enim spectatu dignissimus, nec talem quisquam Regum hactenus tulerat. Quae narratio nullam apud me fidem habet. Neque enim Regem tali rerum articulo cogitationem alius mali cuiuspiam suscepisse crediderim; sed aurem ei hac in strage conscissam, et amissum alicubi unionem: quem tum emere ab Ephthalitis frustra sategit Imperator Romanorum. Non enim Barbari

αὐτὸ εὑρέσθαι οἱ βάρβαροι εἶχον, καίπερ πόνῳ πολλῷ τὴν ζήτησιν ποιησάμενοι. φασὶ μέντοι Ἐφθαλίτας εὑραμένους αὐτὸ ὕστερον τῷ Καβάδῃ ἀποδόσθαι. ὅσα δὲ ἀμφὶ τῷ μαργάρῳ τούτῳ Πέρσαι λέγουσιν, εἰπεῖν ἄξιον· ἴσως γὰρ ἄν τῳ καὶ οὐ παντάπασιν ἄπιστος ὁ λόγος δόξειεν εἶναι.

P 13 *Λέγουσιν οὖν Πέρσαι εἶναι μὲν ἐν τῷ κτενὶ μάργαρον τοῦτο ἐν θαλάσσῃ, ἣ ἐν Πέρσαις ἐστὶ, νήχεσθαι δὲ τὸν κτένα τῆς ταύτῃ ᾐόνος οὐ πολλῷ ἄποθεν· ἀνεῳγέναι τε αὐτῷ ἄμφω τὰ ὄστρακα, ὧν δὴ κατὰ μέσον τὸ μάργαρον εἱστήκει θέαμα λόγου πολλοῦ ἄξιον. ἄλλο γὰρ αὐτῷ εἰκασθῆναι οὐδαμῇ ἔσχεν οὔτε τῷ μεγέθει οὔτε τῷ κάλλει ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. κύνα δὲ θαλάσσιον ὑπερφυᾶ τε καὶ δεινῶς ἄγριον ἐραστὴν τοῦ θεάματος τούτου γενόμενον ἕπεσθαι κατ' ἴχνος αὐτῷ, οὔτε νύκτα ἀνιέντα οὔτε ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα τροφῆς ἐπιμελεῖσθαι ἀναγκασθείη, ἐνταῦθά μέν* B *τι περισκοπεῖσθαι τῶν ἐδωδίμων, εὑρόντα δέ τι καὶ ἀνελόμενον ἐσθίειν μὲν ὅτι τάχιστα, καταλαβόντα δὲ αὐτίκα δὴ μάλα τὸν κτένα θεάματος αὖθις τοῦ ἐρωμένου ἐμπίπλασθαι. καί ποτε τῶν* V 231 *τινα γριπέων φασὶ τὰ μὲν ποιούμενα ἐπιδεῖν, ἀποδειλιάσαντα δὲ τὸ θηρίον ἀποκνῆσαι τὸν κίνδυνον, ἔς τε τὸν βασιλέα Περόζην ἅπαντα τὸν λόγον ἀνενεγκεῖν. ᾧ δὴ τῷ Περόζῃ ἀκούσαντι πόθον φασὶ τοῦ μαργάρου γενέσθαι μέγαν, πολλαῖς τε ἀπ' αὐτοῦ θωπείαις τὸν ἁσπαλιέα τοῦτον καὶ ἀγαθῶν ἐλπίσιν ἐπᾶραι. ὃν*

2. *ὕστερον* Niebuhrius. Legebatur *ἕτερον*. 6. *ᾐόνος*] *ἠϊόνος* P. Quum libri modo hoc modo illud praeberent, ego ubique *ᾐὼν* scripsi. 10. *οὔτε — οὔτε*] *οὐδὲ — οὐδὲ* P. 15. *μέν τι* A. *μέν τοι* P.

quamvis perquisitum reperire potuerunt. Quanquam sunt qui inventum quidem ab Ephthalitis, sed Cabadi alium pro ipso venditum tradant. Locus vero postulat, ut quae Persae de illo produnt, hic inseramus: nam ea sunt, quae nec absurda cuiquam, nec plane incredibilia videantur.

Igitur perhibent pectinem eo foetum unione in sinu fuisse Persico: cum autem littori adnataret, diductis testulis, apparuisse in medio unionem unice spectandum admirandumque; ut qui omnibus, quotquot ex omni memoria extitissent, magnitudine ac nitore praestaret. At immanis supra modum canis marinus adeo videndi eius cupidus erat; ut pectinem diu noctuque assectaretur. Quod si fame compelleretur escam parare, indidem circumspectabat, num edule quicquam offerret sese: simul deprehenderat, raptum ibat glutiebatque: mox reversus ad pectinem, deliciarum suarum conspectu se satiabat. Quae cum aliquando piscator considerasset, metus eum belluae tenuit quo minus adiret periculum, satisque habuit Regi Perozae rem enarrare. Hic statim cupiditate incensus, piscatoris operam eblandiri, animumque luculentae mercedis spe excitare

δὴ ἀντιτείνειν αἰτουμένῳ δεσπότῃ οὐκ ἔχοντα λέγουσι τάδε τῷ Περόζῃ εἰπεῖν „ὦ δέσποτα, ποθεινὰ μὲν ἀνθρώπῳ χρήματα, ποθεινοτέρα δὲ ἡ ψυχή, πάντων μέντοι ἀξιώτατα τέκνα. ὧν δὴ C τῇ στοργῇ ἀναγκασθεὶς φύσει ἴσως ἄν τις καὶ πάντα τολμήσειεν. ἐγὼ τοίνυν τοῦ τε θηρίου ἀποπειράσεσθαι καὶ τοῦ μαργάρου σε θήσεσθαι κύριον ἐλπίδα ἔχω. καὶ ἢν μὲν κρατήσω τοῦ ἀγῶνος τούτου, εὔδηλον ὡς ἐν τοῖς καλουμένοις ὀλβίοις τοὐνθένδε τετάξομαι. σέ τε γὰρ πᾶσιν ἀγαθοῖς με δωρήσασθαι, ἅτε βασιλέων βασιλέα, οὐδὲν ἀπεικός, καὶ ἐμοὶ ἀποχρήσει, καίπερ οὐδὲν, ἂν οὕτω τύχοι, κεκομισμένῳ, τὸ δεσπότου εὐεργέτην τοῦ ἐμοῦ γεγενῆσθαι. εἰ δὲ ἐμὲ δεῖ τῷ θηρίῳ τούτῳ ἁλῶναι, σὸν δὴ ἔργον ἔστω, ὦ βασιλεῦ, τοὺς ἐμοὺς παῖδας θανάτου τοῦ πατρῴου ἀμείψασθαι. οὕτω γὰρ ἐγὼ μὲν καὶ τετελευτηκὼς ἐν τοῖς ἀναγκαιο- D τάτοις ἔμμισθος ἔσομαι, σὺ δὲ ἀρετῆς δόξαν ἀποίσει μείζω. τὰ παιδία γὰρ ὠφελῶν εὖ ποιήσεις ἐμέ, ὅσπερ σοι τῆς εὐεργεσίας τὴν χάριν οὐδαμῆ εἴσομαι. αὕτη γὰρ ἂν εὐγνωμοσύνη ἀκίβδηλος γένοιτο μόνη ἡ ἐς τοὺς ἀποθανόντας ἐπιδειχθεῖσα.“ τοσαῦτα εἰπὼν ἀπηλλάττετο. καὶ ἐπεὶ ἐς τὸν χῶρον ἀφίκετο, ἵνα δὴ ὅ τε κτεὶς νήχεσθαι καὶ ὁ κύων αὐτῷ εἴθιστο ἕπεσθαι, ἐνταῦθα ἐπὶ πέτρας ἐκάθητό τινος, καιροφυλακῶν εἴ πως ἐρημόν ποτε τὸ μάργαρον τοῦ ἐραστοῦ λάβοι. ἐπειδὴ δὲ τῷ κυνὶ τάχι- H 6 στα τῶν τινι ἐς τὴν θοίνην οἱ ἐπιτηδείως ἐχόντων ἐντετυχηκέναι

1. δεσπότῃ] δεσπότην A. 7. τοὐνθένδε L. τὸ ἐνθένδε P.
10. κεκομισμένῳ L. κεκοσμημένῳ P.

coepit. Ille Domini sui postulato refragari non sustinens, orationem fertur hanc habuisse. *Optabiles quidem mortali sunt opes, Domine; sed multo est optabilior vita; nihil autem aeque charum ac liberi: quorum utique naturalis amor ad quidvis audendum impellit. Ego sane feram aggrediar, teque, ut equidem spero, compotem faciam margariti. Quo ex certamine si redibo sospes ac victor, iam inde me in numero divitum fore planum est, non enim dubium esse potest, quin bona omnifariam a te, ut Regum Rege, in me sint profectura. Quibus quamvis frustratus fuero; mihi tamen abunde erit de Domino meo bene meritum esse. Si vero mihi fatum est, belluae in praedam cedere; munificentiae tuae putabis esse, o Rex, liberis meis paternam mortem pensare. Quo fiet, ut ipse quidem in iis, qui arctissima omnium mihi sunt necessitate coniuncti, mercedem feram vel mortuus; tu vero maiorem virtutis laudem. Etenim cum liberis meis benigne facies, mihi facies, quamvis nullas acturo gratias. Ea demum sincera est grati animi virtus, cuius erga mortuos testimonia exhibentur.* In hunc fere modum locutus, abiit: ac postquam eum in locum, ubi cum cane assecla natare pecten solebat, pervenit, in scopulo quodam resedit, tempus aucupans, quo unionem amasii sui praesidio destitutum deprehenderet. Ubi primum canis vescum aliquid nactus est, at-

ξυνέπεσε καὶ περὶ τοῦτο διατριβὴν ἔχειν, ἀπολιπὼν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ὁ ἁλιεὺς τοὺς οἱ ἐπὶ ταύτῃ δὴ ἑπομένους τῇ ὑπουργίᾳ εὐθὺ τοῦ κτενὸς πολὺ ᾔει, καὶ αὐτοῦ ἤδη λαβόμενος ἔξω γενέσθαι κατὰ τάχος ἠπείγετο. οὗ δὴ ὁ κύων αἰσθόμενος ἐβοήθει ἐνταῦθα. ἰδὼν δὲ ὁ σαγηνευτὴς ὡς καταλαμβάνεσθαι τῆς ᾐόνος οὐ μακρὰν
P 14 ἔμελλε τὸ μὲν θήραμα ἠκόντισεν ἐς τὴν γῆν δυνάμει τῇ πάσῃ, αὐτὸς δὲ ἁλοὺς διεφθάρη οὐ πολλῷ ὕστερον. ἀνελόμενοι δὲ τὸ μάργαρον οἱ ἐπὶ τῆς ἀκτῆς λελειμμένοι τῷ τε βασιλεῖ ἀπεκόμισαν καὶ τὰ ξυνενεχθέντα πάντα ἐσήγγειλαν. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τῷ μαργάρῳ τούτῳ τῇδε, ᾗπερ ἐρρήθη, Πέρσαι ξυνενεχθῆναί φασιν. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον ἐπάνειμι.

Οὕτω μὲν Περόζης τε διεφθάρη καὶ ξύμπασα ἡ Περσῶν στρατιά. εἰ γάρ τις οὐκ ἐμπεπτωκὼς ἐς τὴν διώρυχα ἔτυχεν, ὅδε ὑπὸ τῶν πολεμίων ταῖς χερσὶ γέγονε. καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ νόμος τέθειται Πέρσαις μή ποτε σφᾶς ἐν γῇ πολεμίᾳ ἐλαύνοντας δίω-
B ξιν ποιεῖσθαί τινα, ἢν καὶ κατὰ κράτος τοὺς ἐναντίους σφίσι τραπῆναι ξυμβαίη. ὅσοι μέντοι Περόζῃ οὐ ξυστρατεύσαντες ἐν χώρᾳ τῇ αὐτῶν ἔμειναν, οὗτοι δὴ βασιλέα σφίσι Καβάδην εἵλοντο τὸν νεώτατον Περόζου υἱὸν, ὅσπερ τηνικαῦτα περιῆν μόνος. τότε δὴ Ἐφθαλίταις κατήκοοι ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ἐγένοντο Πέρσαι, ἕως Καβάδης τὴν ἀρχὴν ἰσχυρότατα κρατυνάμενος φόρον αὐτοῖς ἀποφέρειν τὸν ἐπέτειον οὐκέτι ἠξίου. ἦρξαν δὲ Περσῶν οἱ βάρβαροι οὗτοι ἐνιαυτοὺς δύο.

2. δὴ ἑπομένους L. διεπομένους P. 5. ᾐόνος] ἠϊόνος P. 18. αὐτῶν] αὐτῶν P. 21. ἦρξαν A. ἤρξαντο P.

que in eo absumendo occupatus; ad pectinem recta piscator contendit, relictis in littore sociis subsidiariis. Iamque apprehenso illo festinabat enare, cum ecce fraude percepta suppetias canis properat. Iam iam teneri se videns piscator, in littus, unde non procul aberat, quam maxima potuit vi praedam eiaculatus est; mox captus ipse interiit. Qui in littore opperiebantur, extractum unionem Regi tulerunt, ac rem ordine totam narrarunt. Haec Persae de unione illo: nunc eo unde sum digressus, revertor.

Ita Perozes, ut dicebam, cum universo Persarum exercitu periit: Nam si non in foveam forte aliquis, in manus certe incidit hostium. Clades haec Persis legem suasit, qua cavetur ne in hostili solo equis insequantur hostem, quamvis illum in fugam disiecerint. Ii demum, quos e patria non eduxit secum Perozes in expeditionem, Regem sibi crearunt Cabadem, filiorum eius natu minimum, iamque adeo unum superstitem. Tunc Ephthalitarum stipendiarii Persae fuerunt; donec Cabades optime stabilito imperio tributum annuum excussit. Porro in sua ditione hi Barbari Persas biennium habuerunt.

έ. Μετὰ δὲ Καβάδης ἐπὶ τὸ βιαιότερον τῇ ἀρχῇ χρώμενος V 232 ἄλλα τε νεώτερα ἐς τὴν πολιτείαν εἰσῆγε καὶ νόμον ἔγραφεν ἐπὶ κοινὰ C ταῖς γυναιξὶ μίγνυσθαι Πέρσας· ὅπερ τὸ πλῆθος οὐδαμῆ ἤρεσκε. διὸ δὴ αὐτῷ ἐπαναστάντες παρέλυσάν τε τῆς ἀρχῆς καὶ δήσαντες ἐν φυλακῇ εἶχον. καὶ βασιλέα μὲν σφίσι Βλάσην τὸν Περόζου ἀδελφὸν εἵλοντο, ἐπειδὴ γόνος μὲν οὐδεὶς ἔτι ἄρρην Περόζῃ, ὥσπερ ἐρρήθη, ἐλέλειπτο, Πέρσαις δὲ οὐ θέμις ἄνδρα ἐς τὴν βασιλείαν καθίστασθαι ἰδιώτην γένος, ὅτι μὴ ἐξιτήλου παντάπασι γένους D τοῦ βασιλείου ὄντος· Βλάσης δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν Περσῶν τε τοὺς ἀρίστους ξυνέλεξε καὶ τὰ ἀμφὶ τῷ Καβάδῃ ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο· τὸν γὰρ ἄνθρωπον ἀποκτιννύναι οὐκ ἦν βουλομένοις τοῖς πλείοσιν· ἔνθα δὴ πολλαὶ μὲν ἐλέχθησαν γνῶμαι ἐφ' ἑκάτερα P 15 φέρουσαι, παρελθὼν δὲ τῶν τις ἐν Πέρσαις λογίμων, ὄνομα μὲν Γουσαναστάδης, Χαναράγγης δὲ τὸ ἀξίωμα (εἴη δ' ἂν ἐν Πέρσαις στρατηγὸς τοῦτό γε), πρὸς αὐταῖς που ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Περσῶν γῆς τὴν ἀρχὴν ἔχων ἐν χώρᾳ ἣ τοῖς Ἐφθαλίταις ὅμορός ἐστι, καὶ τὴν μάχαιραν ἐπιδείξας ᾗ τῶν ὀνύχων τὰ προὔχοντα Πέρσαι εἰώθασιν ἀποτέμνεσθαι, μῆκος μὲν ὡς δακτύλου ἀνδρός, πάχος δὲ οὐδὲ τριτημόριον δακτύλου ἔχουσαν „ταύτην ὁρᾶτε“ εἶπε „τὴν μάχαιραν, βραχεῖαν οὖσαν παντάπασιν· αὕτη μέντοι ἔργον ἐν τῷ παρόντι ἐπιτελεῖν οἷά τέ ἐστιν ὅπερ εὖ ἴστε, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον, ὦ φίλτατοι Πέρσαι, μυριάδες δύο τεθωρακισμένων ἀν- B

5. Βλάσην] Vid. Niebuhr. ad Agathiam p. 267. 6. ἐπειδὴ] ἐπεὶ P. ἐπεὶ δὲ AH. ibid. γόνος Maltretus. γένος AH. γενόμενος P.

5. Elatus deinde Cabades impotenti dominatu, cum alia multa in civilibus institutis novavit, tum lege scripta foeminarum usum iussit promiscuum esse. Quae adeo non probata fuit in vulgus, ut rebellantes in authorem Persae, ipsum imperio spoliatum, vinclis induerint, habuerintque in custodia, Blase Perozis fratre in eius locum sublecto, quod praeter Cabadem, ut dictum ante, marem nullum Perozes reliquisset, nec, nisi cum stirps regia excidisset prorsus, fas esset Persis domo privata oriundum quempiam ad regnum evehere. Susceptis Blases rerum habenis, optimates Persarum convocavit, deque Cabade consuli in medium voluit. Eo plerique inclinabant ne vita homini eriperetur. Cumque adhuc sententiis variaretur, progressus est Gusanastades primae inter Persas nobilitatis vir, idem et Chanaranges (vox ea Praetorem sonat) extremae Persidis, ad Ephthalitarum confinia, praefecturam gerens. Tum producto, quo Persae ungues excrescentes resecare solent, cultello, longitudinis digitalis, crassitudinis digitali minoris triplo, immo nec tantae; *Exiguum*, inquit, *videtis cultrum hunc. At quantulus is cunque est, expedire nunc potest, quod scitis. Si rem tantulum trahitis, Persae cha-*

δρᾶν ἐξεργάζεσθαι οὐκ ἂν δύναιντο." ὁ μὲν ταῦτα εἶπε, παραδηλῶν ὡς, εἰ μὴ Καβάδην ἀνέλωσιν, αὐτίκα πράγματα Πέρσαις περιὼν παρέξει. οἱ δὲ κτεῖναι ἄνδρα βασιλείου αἵματος οὐδ' ὅλως ἔγνωσαν, ἀλλ' ἐν φρουρίῳ καθεῖρξαι ὅπερ τῆς λήθης καλεῖν νενομίκασιν. ἢν γάρ τις ἐνταῦθα ἐμβληθεὶς τύχῃ, οὐκ ἔτι νόμος σφίσι μνήμην αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ θάνατος τῷ ὠνομακότι ἡ ζημία ἐστί· διὸ δὴ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην πρὸς Περσῶν ἔλαχεν. ἅπαξ δὲ ἡ τῶν Ἀρμενίων ἱστορία φησὶ νόμον τοῦ ἀμφὶ τῷ λήθης φρουρίῳ παραλελύσθαι τὴν δύναμιν Πέρσαις τρόπῳ τοιῷδε.

C Πόλεμός ποτε Πέρσαις τε καὶ Ἀρμενίοις ἀκήρυκτος γέγονεν εἰς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη ἐπὶ Πακουρίου μὲν Περσῶν βασιλεύοντος, Ἀρμενίων δὲ Ἀρσάκου Ἀρσακίδου ἀνδρός. τούτῳ τε τῷ πολέμῳ μηκυνομένῳ κεκακῶσθαι μὲν ἐς ἄγαν ἀμφοτέρους ξυνέβη καὶ διαφερόντως τοὺς Ἀρμενίους. ἀπιστίᾳ δὲ πολλῇ ἐς ἀλλήλους ἐχόμενοι ἐπικηρυκεύεσθαι παρὰ τοὺς ἐναντίους οὐδέτεροι εἶχον. ἐν τούτῳ δὲ Πέρσας τετύχηκε πόλεμον πρὸς ἄλλους βαρβάρους τινὰς οὐ πόρρω Ἀρμενίων διῳκημένους διενεγκεῖν. οἵ τε Ἀρμένιοι, ἐν σπουδῇ ἔχοντες ἐπίδειξιν ἐς Πέρσας τῆς ἐς αὐτοὺς εὐνοίας D τε καὶ εἰρήνης ποιήσασθαι, ἐσβαλεῖν ἐς τούτων δὴ τῶν βαρβάρων τὴν γῆν ἔγνωσαν, δηλώσαντες τοῦτο πρότερον Πέρσαις. ἀπροσδόκητοί τε αὐτοὶ ἐπιπεσόντες σχεδόν τι ἅπαντας ἡβηδὸν ἔκτειναν.

16. παρὰ] περὶ HL. 17. τούτῳ δὲ A. τῷδε P.

rissimi, cataphractorum militum xx. *millia non sufficient.* Haec ille, quibus innuebat Cabadem, nisi tolleretur e medio, negotium Persis brevi exhibiturum. Abhorruere tamen eorum animi ab effundendo regio sanguine, satisque habuerunt asservare Cabadem in castello Oblivionis, ita dicto ex lege, quae de eo, qui fuerit illuc coniectus, mentionem unquam fieri vetat, poena etiam capitali iis proposita, qui ipsius nomen protulerint. Quae causa fuit appellationis eiusmodi. Semel autem legi, quae est de Castello Oblivionis, abrogatam vim datumque laxamentum fuisse, Armeniorum monumenta fidem faciunt. Res ita contigit.

Persis aliquando bellum fuit cum Armenis inexpiabile per annos xxxii. imperante illis Pacurio, his Arsace ex genere Arsacidarum. Et graviter quidem utrosque, sed Armenos in primis afflixerat bellum impendio diuturnius. Eo processerat mutua diffidentia, ut neutri integrum sibi esse putarent caduceatores mittere. Interim forte accidit ut cum aliis Barbaris Armeniae accolis bellum Persae susceperint. Hic Armeni quo suam in Persas benevolentiam, et pacis cum ipsis colendae studium declararent, in Barbarorum illorum fines prorumpere statuerunt. Cum autem de suo consilio certiores Persas fecissent, improviso impetu Barbaros sine ullo aetatis discrimine ad internecionem prope ociderunt.

ὅ τε Πακούριος τοῖς πεπραγμένοις ὑπερησθείς, πέμψας παρὰ τὸν Ἀρσάκην τῶν οἱ ἐπιτηδείων τινάς, τά τε πιστά οἱ παρασχόμενος, τὸν ἄνθρωπον μετεπέμψατο. καὶ ἐπεὶ παρ' αὐτὸν Ἀρσάκης ἀφίκετο, τῆς τε ἄλλης αὐτὸν φιλοφροσύνης ἠξίωσε καὶ ἅτε ἀδελφὸν ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ ἔσχε. καὶ τότε μὲν ὅρκοις δεινοτάτοις τόν τε Ἀρσάκην καταλαβὼν καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧσσον ὀμωμοκὼς ἦ V 233 μὴν εὔνους τε καὶ ξυμμάχους Πέρσας τε τὸ λοιπὸν καὶ Ἀρμενίους ἀλλήλοις εἶναι, αὐτίκα δὴ αὐτὸν ἐς τὰ πάτρια ἤθη ἀφῆκεν ἰέναι.

Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον διέβαλον τὸν Ἀρσάκην τινὲς P 16 ὡς δὴ πράγμασιν νεωτέροις ἐγχειρεῖν βούλοιτο. οἷσπερ ἀναπεισθεὶς ὁ Πακούριος αὖθις αὐτὸν μετεπέμπετο ὑπειπὼν ὅτι δὴ αὐτῷ τὸ κοινολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐπιμελὲς εἴη. καὶ ὃς οὐδέν τι μελλήσας ἐς αὐτὸν ἦλθεν, ἄλλους τε τῶν ἐν Ἀρμενίοις μαχιμωτάτων ἐπαγόμενος καὶ Βασίκιον, ὅσπερ αὐτῷ στρατηγός τε καὶ ξύμβουλος ἦν· ἀνδρείας τε γὰρ καὶ ξυνέσεως ἐπὶ πλεῖστον ἀφῖκτο. εὐθὺς οὖν ὁ Πακούριος ἄμφω, τόν τε Ἀρσάκην καὶ Βασίκιον, πολλὰ ὀνειδίζων ἐκάκιζεν, εἰ τὰ ὀμωμοσμένα ἠλογηκότε οὕτω δὴ τάχιστα ἐς ἀπόστασιν ἴδοιεν. οἱ δὲ ἀπηρνοῦντό τε καὶ ἀπώμνυον ἐνδελεχέστατα, μηδὲν σφίσιν αὐτοῖς βεβουλεῦσθαι B τοιοῦτον. τὰ μὲν οὖν πρῶτα ὁ Πακούριος αὐτοὺς ἐν ἀτιμίᾳ ἐφύλασσεν, ἔπειτα δὲ τῶν μάγων ἀνεπυνθάνετο ὅ τι οἱ ποιητέα ἐς αὐτοὺς εἴη. οἱ δὲ μάγοι τῶν μὲν ἀρνουμένων καὶ οὐ διαρρήδην ἐληλεγμένων καταγινώσκειν οὐδαμῇ ἐδικαίουν, ὑποθήκην δὲ

12. ἐπιμελὲς εἴη] Legebatur ἐπιμελεῖν. 15. ἀνδρείας] ἀνδρίας P.

Quo facto summe laetans Pacurius, Arsacem per quosdam ex intimis data fide ad congressum invitavit, eumque, postquam advenit, prolixa humanitate dignatus, non aliter habuit quam si cum fratre parique egisset. Tum demum iusiurandum exegit sanctissimum, ipseque vicissim reddidit, Persas deinceps atque Armenos mutuam sibi benevolentiam, et in bellis auxilium praestituros. Mox in patriam dimisit.

Haud multo post quidam ad Pacurium detulerunt rebus novis Arsacem studere. Id Pacurius sibi passus persuaderi, ipsum iterum ad conferenda de summa rerum, ut aiebat, consilia advocavit. Nulla is interposita mora adfuit, cum alios Armenos bello egregios in comitatu habens, tum Basicium, quem ob fortitudinem ac prudentiam singularem, et rei bellicae, et consilio regio praefecerat. Ambos amarulentis verbis excepit Pacurius, spretum exprobrans iusiurandum, quo vix dato, incubuissent continuo ad defectionem. Inficiari illi constantissimeque tale consilium abiurare. Nihilo tamen minus Pacurius eos in custodia primum habuit, et parum illa quidem liberali atque honesta: postea quid in ipsos esset statuendum requisivit ex Magis. Hi cum iniquum esse pronuntiassent reos diffitentes nec aperte coniunctos damnare, aggressi sunt ratio-

αὐτῷ τινα ἔφραζον, ὅπως ἂν Ἀρσάκης αὐτὸς ἄντικρυς αὐτοῦ κατηγορεῖν ἀναγκάζοιτο. τὸ γὰρ τῆς βασιλικῆς σκηνῆς ἔδαφος κόπρῳ καλύπτειν ἐκέλευον, ἥμισυ μὲν ἐκ τῆς Περσῶν χώρας, θάτερον δὲ ἥμισυ ἐκ τῆς Ἀρμενίας. καὶ ὁ βασιλεὺς κατὰ ταῦτα ἐποίει. τότε δὴ οἱ μάγοι τὴν σκηνὴν ὅλην μαγείαις τισὶ καταλαβόντες ἐκέλευον τὸν βασιλέα σὺν τῷ Ἀρσάκῃ τοὺς περιπάτους C ἐνταῦθα ποιεῖσθαι, ἐπικαλοῦντα τοῖς τε ξυγκειμένοις καὶ ὀμωμοσμένοις λυμήνασθαι. δεῖν δὲ αὐτοὺς τῷ διαλόγῳ παραγενέσθαι. οὕτω γὰρ ἂν τῶν λόγων μάρτυρες ἁπάντων εἶεν. αὐτίκα γοῦν ὁ Πακούριος τὸν Ἀρσάκην μεταπεμψάμενος διαΐλους ἐν τῇ σκηνῇ ξὺν αὐτῷ ἐποιεῖτο, παρόντων σφίσιν ἐνταῦθα τῶν μάγων, καὶ ἀνεπυνθάνετο τοῦ ἀνθρώπου ὅτου δὴ ἕνεκα τὰ ὀμωμοσμένα ἠλογηκὼς εἶτα Πέρσας τε καὶ Ἀρμενίους αὖθις τρίβειν ἀνηκέστοις κακοῖς ἐγχειροίη· ὁ δὲ Ἀρσάκης, ἕως μὲν ἐν τῷ χώρῳ οἱ λόγοι ἐγίνοντο οὗ δὴ χοῦς ἐκ τῆς Περσίδος ἐπέκειτο, ἀπηρνεῖτό τε καὶ ὅρκοις τοῖς δεινοτάτοις πιστούμενος ἀνδράποδον ἰσχυρί- D ζετο εἶναι Πακουρίου πιστόν· ἐπειδὴ δὲ μεταξὺ λέγων ἐς τῆς σκηνῆς τὸ μέσον ἀφῖκτο, ἵνα δὴ κόπρου τῆς Ἀρμενίας ἐπέβησαν, ἐνταῦθα οὐκ οἶδα ὅτῳ ἀναγκασθεὶς λόγους μὲν τούτους ἐπὶ τὸ θρασύτερον ἐξαπιναίως μεταβιβάζει, ἀπειλῶν δὲ τῷ τε Πακουρίῳ καὶ Πέρσαις οὐκ ἔτι ἀνίει, ἀλλὰ τίσασθαι αὐτοὺς ἐπηγγέλλετο ὕβρεως τῆσδε, ἐπειδὰν αὐτὸς αὑτοῦ τάχιστα κύριος γένοιτο. καὶ ταῦτα λέγων τε καὶ νεανιευόμενος ἐποιεῖτο τὸν περίπατον ὅλον, ἕως ἀναστρέψας ἐς κόπρον αὖθις τὴν ἐκ γῆς τῆς Περσίδος,

8. παραγενέσθαι] περιγενέσθαι H.

nem tradere, qua Arsaces accusare se ipse coram adigeretur. Ergo iubent regii tabernaculi solum obduci luto, sumpta ex agro Persico dimidia parte, ex Armenio altera. Praescriptum Rex accuravit. Tum Magi tabernaculo incantato, Regi denuntiant, inambulandum illic esse cum Arsace, deque facta conventis ac iuramento fraude expostulandum: oportere autem ipsos colloquio interesse; atque ita testes exituros eorum omnium quae essent ultro citroque dicta. Accito confestim Arsace, obambulare cum eo coepit Pacurius in tabernaculo, coram Magis interrogans, cur contra fidem iuramento sancitum tentasset denuo maximis calamitatibus Persas pariter Armenosque conterere? Ac pernegavit quidem Arsaces, fidum se esse mancipium Pacurii deierans, quandiu ubi terra Persica suberat, sunt collocuti. Ut vero medio in sermone medium in tabernaculum ventum est, et terra Armenia calcari coepta, illa e vestigio vi nescio qua adactus effervescere, ingentique spiritu vocem mittere, Pacurio Persisque minitari, memorem se atque adeo ultorem acceptae contumeliae polliceri, statim ut iuris esse sui coepisset. Ita confecit spatium, haec denuntians iuveniliterque ferociens, donec regressus, in

ἀφίκετο. ἐνταῦθα γὰρ πάλιν ὥσπερ τινὰ παλινῳδίαν ᾄδων ἱκέ-
της τε ἦν καὶ οἰκτρούς τινας τῷ Πακουρίῳ προὔφερε λόγους.
ἐπεὶ δὲ ἐς χοῦν αὖθις τὸν Ἀρμενίων ἦλθεν, ἐς τὰς ἀπειλὰς ἀπε-
χώρησε. καὶ πολλάκις οὕτω μεταβληθεὶς ἐφ᾽ ἑκάτερα ἔκρυψε P 17
τῶν οἱ ἀπορρήτων οὐδέν. τότε δὴ οἱ μὲν μάγοι κατέγνωσαν αὐ-
τοῦ ἔς τε τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους ἠδικηκέναι. Πακούριος
δὲ Βασικίου μὲν τὸ δέρμα ἐκδείρας, ἀσκόν τε αὐτὸ πεποιημένος
καὶ ἀχύρων ἐμπλησάμενος, ὅλον ἀπεκρέμασεν ἐπὶ δένδρου τινὸς
ὑψηλοῦ λίαν. τὸν μέντοι Ἀρσάκην (ἀποκτεῖναι γὰρ ἄνδρα τοῦ
βασιλείου αἵματος ὄντα οὐδαμῇ εἶχεν) ἐν τῷ τῆς λήθης φρουρίῳ H 8
καθεῖρξε.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον τῶν τις Ἀρμενίων τῷ τε Ἀρσάκῃ ἐν τοῖς
μάλιστα ἐπιτηδείοις καί οἱ ἐπισπόμενος ἐς τὰ Περσῶν ἤθη ἰόντι
Πέρσαις ἐπί τι ἔθνος ἰοῦσι βαρβαρικὸν ξυνεστράτευσεν· ὃς δὴ
ἀνήρ τε ἀγαθὸς ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ, ὁρῶντος Πακουρίου τὰ ποι- B
ούμενα, γέγονε καὶ τῆς νίκης αἰτιώτατος Πέρσαις. διὸ δὴ αὐ-
τὸν ὁ Πακούριος ὅ τι ἂν βούλοιτο αἰτεῖσθαι ἠξίου, ἰσχυρισάμε-
νος ὅτι δὴ οὐδενὸς πρὸς αὐτοῦ ἀτυχήσει. ὁ δὲ ἄλλο οἱ οὐδὲν
γενέσθαι ἠξίου ἢ ὥστε τὸν Ἀρσάκην ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ θεραπεῦσαι ᾗ
βούλοιτο. τοῦτο τὸν βασιλέα ἠνίασε μὲν ὡς τὰ μάλιστα, εἰ
λύειν νόμον οὕτω δὴ παλαιὸν ἀναγκάζεται, ὅπως μέντοι παντά-
πασιν ἀληθίζηται, ξυνεχώρει τὴν δέησιν ἐπιτελῆ γενέσθαι. ἐπεὶ V 234

1. ἱκέτης Hm. οἰκέτης P. 3. τὸν Ἀρμενίων] Legebatur τῶν Ἀρμενίων.

terra Persica pedem posuit. Hic enim palinodiam canens, famulum rursus egit supplicem ac miserabili voce in humilitatem sese submisit. Post, simul ad Armeniam terram, simul ad minas rediit: atque ita utroque versum saepe circumductus, quidquid habuit arcani effudit. Eum tandem Magi foedifragum ac periurum iudicarunt: et Basicio quidem deripi cutem iussit Pacurius, deinde utrem ex ea fieri, tum infarciri paleis, ex arbore demum procerissima suspendi; Arsacem vero in Castellum Oblivionis detrudi. Neque enim sibi committendum putavit, ut virum regio cretum sanguine morte afficeret.

Secundum ea, quidam Armenus ex intimis Arsacis, et eorum numero, qui ipsum in Persidem comitati fuerant, militarem navavit operam Persis adversum Barbaros, et sub oculis ipsius Pacurii tam strenue se gessit in eo bello, ut Persae illius maxime opera victoriam reportarint. Quamobrem contendit ab ipso Pacurius ut peteret quidquid collibitum esset, affirmate recipiens ei nihil se negaturum. Unum hoc ille rogavit, sibi ut potestas fieret ministrandi Arsaci per diem unum, idque prout libido foret. Mirum quam grave Regi fuerit in necessitatem adduci infringendae adeo antiquae legis: fidem tamen ne falleret, annuit postula-

δέ γε βασιλέως ἐπαγγείλαντος γέγονεν ἐν τῷ λήθης φρουρίῳ, ἠσπάσατο μὲν τὸν Ἀρσάκην, ἄμφω δὲ ἀλλήλοιν περιβαλόντε C ἐθρηνησάτην τε ἡδύν τινα θρῆνον καὶ ἀπολοφυραμένω τὴν παροῦσαν τύχην μόλις ἀπ' ἀλλήλοιν διαλύειν τὰς αὑτοῦ χεῖρας ἑκάτερος ἔσχεν. ἐπεὶ δὲ τῶν ὀδυρμῶν ἐς κόρον ἐλθόντες ἐπαύσαντο, ἔλουσε μὲν ὁ Ἀρμένιος τὸν Ἀρσάκην καὶ τἄλλα οὐ κατημελημένως ἐκόσμησε, σχῆμα δὲ αὐτῷ περιθέμενος τὸ βασίλειον ἐπὶ στιβάδος ἀνέκλινεν· ἐνταῦθά τε τοὺς παρόντας Ἀρσάκης βασιλικῶς εἱστία ᾗπερ εἰώθει τὰ πρότερα. ἐν ταύτῃ τῇ θοίνῃ πολλοὶ μὲν ἐπὶ κύλικι λόγοι ἐλέχθησαν, οἵπερ τὸν Ἀρσάκην ἱκανῶς ἤρεσκον, πολλὰ δὲ ἄλλα ἐς μέσον ἦλθεν, ἅπερ αὐτῷ ἐν ἡδονῇ ἦν· μηκυνομένου τε τοῦ πότου ἄχρι ἐς νύκτα τῇ πρὸς ἀλλήλους D ὁμιλίᾳ ὑπερφυῶς ἥσθησαν, μόλις δὲ ἀλλήλων ἀπαλλαγέντες διελύθησαν, καταβεβρεγμένοι τῇ εὐπαθείᾳ. τότε δὴ λέγουσι τὸν Ἀρσάκην εἰπεῖν ὡς ἡμέραν τὴν ἡδίστην διατελέσας, ἐν ταύτῃ τε ξυγγενόμενος τῷ ποθεινοτάτῳ ἀνθρώπων ἁπάντων, οὐκ ἂν ἔτι ἑκών γε εἶναι ὑποσταίη τὰ φλαῦρα τοῦ βίου. καὶ ταῦτα εἰπόντα μαχαίρᾳ ἑαυτὸν διαχρήσασθαι, ἥνπερ ἐν τῇ θοίνῃ ἐξεπίτηδες κεκλοφὼς ἔτυχεν, οὕτω τε αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. τὰ μὲν οὖν κατὰ τοῦτον δὴ τὸν Ἀρσάκην ἡ τῶν Ἀρμενίων συγγραφὴ λέγει ταύτῃ, ᾗπερ ἐρρήθη, κεχωρηκέναι, καὶ τὸν νόμον τότε ἀμφὶ τῷ τῆς λήθης φρουρίῳ λελύσθαι. ἐμοὶ δὲ ὅθενπερ ἐξέβην ἰτέον.

17. φλαῦρα A. φαῦλα P. 18. διαχρήσασθαι] διαχειρίσασθαι A corr.

tui. Mandato itaque regio admissus ille in Castellum Oblivionis, Arsacem salutavit. Hic inter se complexi, et in suavissimum lamentum effusi, vicem suam complorarunt, vix ut alter ab altero divellere manus quiverint. Tandem lugendi satietate fessi cum paululum respirassent, Arsacem lavit Armenius, et totum accurate composuit; habitu etiam regali ornatum reclinavit in toro. Tum Arsaces regifice pro more pristino apparatis epulis eos accepit qui adfuerunt. Convivalibus iocis, non sine magno eius oblectamento, bellissime lusum est, aliaque in medium venere plurima, quae ipsum multa hilaritate consperserunt. Summa certe fuit confabulandi suavitas, quae ad noctem usque compotationem duxit. Vix tandem discesserunt, lauti epuli voluptate perfusi. Subinde Arsacem dixisse memorant, haud aequo deinceps animo laturum se aerumnas vitae, postquam cum mortalium sibi optatissimo omnium laetissimum diem egisset: his dictis, cultro, quem de mensa consulto sublegerat, se confodisse, itaque occubuisse. Eum exitum habuisse Arsacem, ac tunc temporis contra legem itum fuisse, quae est de Castello Oblivionis, prodit historia Armenorum. Nunc mihi unde diverteram redeundum.

ς'. Καθειρχθέντα δὴ τὸν Καβάδην ἐθεράπευεν ἡ γυνή, P 13
ἐσιοῦσά τε παρ' αὐτὸν καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐσκομίζουσα, ἣν δὴ ὁ τῆς εἱρκτῆς ἄρχων πειρᾶν ἤρξατο· ἦν γὰρ τὴν ὄψιν ἐς τὰ μάλιστα εὐπρεπής. ὅπερ ἐπεὶ ὁ Καβάδης παρὰ τῆς γυναικὸς ἔμαθεν, ἐκέλευεν ἐνδιδόναι αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ ὅ τι βούλοιτο χρῆσθαι. οὕτω δὴ τῇ γυναικὶ εἰς εὐνὴν ξυνελθὼν ὁ τοῦ φρουρίου ἄρχων ἠράσθη τε αὐτῆς ἔρωτα ἐξαίσιον οἷον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ξυνεχώρει πρὸς τὸν ἄνδρα τὰς εἰσόδους ποιεῖσθαι, ὅπῃ ἂν αὐτῇ βουλομένῃ εἴη καὶ αὖθις ἐνθένδε ἀπαλλάσσεσθαι, οὐδενὸς ἐμποδὼν ἱσταμένου. B
ἦν δέ τις τῶν ἐν Πέρσαις λογίμων Σεόσης ὄνομα, Καβάδῃ ἐς τὸ μάλιστα φίλος, ὃς ἀμφὶ τὸ φρούριον τοῦτο διατριβὴν εἶχε, καιροφυλακῶν εἴ πως αὐτὸν ἔνδοθεν ἐξελέσθαι δυνήσεται. διὰ δὲ τῆς γυναικὸς τῷ Καβάδῃ ἐσήμανεν ὡς ἵπποι τέ οἱ καὶ ἄνδρες ἐν παρασκευῇ τυγχάνουσιν ὄντες τοῦ φρουρίου οὐ μακρὰν ἄποθεν, δηλώσας τι χωρίον αὐτῷ. καί ποτε νυκτὸς ἐπιλαβούσης ἀνέπεισε τὴν γυναῖκα Καβάδης ἐσθῆτα μὲν αὐτῷ τὴν οἰκείαν δοῦναι, αὐτὴν δὲ τὰ αὐτοῦ ἀμπεχομένην ἱμάτια ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς ἀντ' αὐτοῦ καθῆσθαι, οὗπερ οὗτος ἐκάθητο. οὕτω μὲν οὖν Καβάδης ἀπηλλάττετο τοῦ δεσμωτηρίου. κατιδόντες δὲ αὐτὸν οἷς ἡ φυ- C
λακὴ αὕτη ἐπέκειτο τὴν γυναῖκα ὑπετόπαζον εἶναι· ταῦτά τοι οὔτε κωλύειν οὔτε ἄλλως αὐτῷ ἐνοχλεῖν ἔγνωσαν. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τὴν γυναῖκα ἐς τὸ δωμάτιον ἐν τοῖς τοῦ ἀνδρὸς ἱματίοις ἰδόντες καὶ μακρὰν ἀπολελειμμένοι τοῦ ἀληθοῦς ᾤοντο Καβάδην ἐνταῦθα

4. „ἐκέλευεν Reg." Malt. ἐκέλευσεν P. 7. πρὸς Hn. περὶ P. Fortasse παρά. 10. δὲ A. δή P. 17. αὐτοῦ] αὑτοῦ P. ibid. ἀντ' αὐτοῦ] „ἐνταῦθα Reg." Malt. ἐνταῦθα etiam ex L annotatum. 21. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

6. Tradito in custodiam Cabadi deserviebat uxor, intro ad ipsum itans ac necessaria deferens. Eius pudicitiam attentare coepit Praefectus carceris, oris specie, qua erat praedita, singulari illectus. Qua de re certior factus ab ipsa Cabades, imperavit ut se illi permitteret. Is a foemina tori consortio donatus, hanc perdite adamabat, sinebatque intro ac foras pro arbitrio et libere commeare. Interea nobilis Persa, cui nomen Seosi, in paucis Cabadi amicus, circum Castellum agitabat, opportunitati imminens eum inde, si quo modo posset, educendi. Ipsi quidem per uxorem significaverat viros cum equis adornatis praesto adesse haud procul Castello, ac locum dixerat. Aliquando tandem Cabadi cum uxore convenit, nocte appetente, ut vestes inter se commutarent, et illa in eo conclavi, ubi ipse agere consueverat, remaneret. Hac arte Cabades excessit e carcere. Nam illum conspicati custodes et foeminam esse rati, nec tenere ausi sunt, nec moleste interpellare. Orta die, ubi mulierem in cubiculo prospexerunt virili veste indutam, procul a vero aberrantes, Cabadem illic esse existimarunt. Quae quidem opinio per

εἶναι. ἥ τε δόκησις αὕτη ἐν ἡμέραις συχναῖς ἤκμαζεν, ἕως Κα-
βάδης πόρρω που γῆς ἐγεγόνει. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τῇ γυναικὶ
ξυνενεχθέντα, ἐπεὶ ἐς φῶς ἡ ἐπιβουλὴ ἦλθε, καὶ ὅντινα αὐτὴν
D τρόπον ἐκόλασαν, ἐς τὸ ἀκριβὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν. οὐ γὰρ ὁμολο-
H 9 γοῦσι Πέρσαι ἀλλήλοις, διὸ δὴ αὐτὰ λέγειν ἀφίημι.

Καβάδης δὲ λαθὼν ἅπαντας ξὺν τῷ Σεόσῃ ἐς Οὔννους
τοὺς Ἐφθαλίτας ἀφίκετο, καὶ αὐτῷ τὴν παῖδα γυναῖκα ὁ βασι-
λεὺς γαμετὴν δίδωσιν, οὕτω τε στράτευμα λόγου πολλοῦ ἄξιον
ἅτε κηδεστῇ ἐπὶ Πέρσας ξυνέπεμψε. τούτῳ τῷ στρατῷ Πέρσαι
ὑπαντιάζειν οὐδαμῇ ἤθελον, ἀλλ' ἄλλος ἄλλῃ ἐς φυγὴν ὥρμην-
V 235 το. ἐπεὶ δὲ ὁ Καβάδης ἐν τῇ χώρᾳ ἐγένετο, ἔνθα ὁ Γουσανα-
στάδης τὴν ἀρχὴν εἶχεν, εἶπε τῶν ἐπιτηδείων τισὶν ὡς Χαναράγ-
γην καταστήσεται ἐκεῖνον, ὃς ἂν αὐτῷ Περσῶν πρῶτος ἐκείνῃ τῇ
ἡμέρᾳ ἐς ὄψιν ἥκων ὑπουργεῖν βούλοιτο. εἰπόντι τέ οἱ μετέμελεν
P 19 ἤδη τοῦ λόγου, ἐπεὶ νόμος αὐτὸν εἰσῄει, ὃς δὴ οὐκ ἐᾷ Πέρσας ἐς
τοὺς ἀλλοτρίους τὰς ἀρχὰς φέρεσθαι, ἀλλ' οἷς ἡ τιμὴ ἑκάστη κα-
τὰ γένος προσήκει. ἔδεισε γὰρ μή τις ἵκοιτο ἐς αὐτὸν πρῶτος
τῷ Χαναράγγῃ οὐ ξυγγενὴς ὤν, τόν τε νόμον ἀναγκάζηται λύειν,
ὅπως αὐτὸς ἀληθίζηται. ταῦτα δέ οἱ ἐν νῷ ἔχοντι ξυνέβη τις
τύχη ὥστε μὴ τὸν νόμον ἀτιμάζοντι ἀληθῆ εἶναι. ἔτυχε γὰρ πρῶ-

1. ἤκμαζεν] ἤκμαζον A. *ibid.* Καβάδης] καβάδην A. 6. ἐς Οὔννους — στρατῷ Πέρσαι addidi ex A. Ex codice Ambrosiano supplevit Maius ad Dionys. Halic. p. 171. Vertit Raphael Volaterranus, *Cabades interim clam omnibus cum Seose ad Hunnos Euthalitas pervenit, ubi regis filia in matrimonium ducta exercitum eorum in Persas ingentem duxit. Cui hostes quum resistere sese impares esse animadverterent, protinus in fugam se verterunt.* 8. τε] τὸ codex Ambros. 14. μετέμελεν] μετέμελλεν A.

dies multos invaluit, donec iam longe Cabades profugisset. Porro quid foeminae factum sit, posteaquam patuit dolus, quasve dederit poenas, dicere certo nequeo, cum ipsi Persae multa varient hac in parte: quare his supersedeo.

Nusquam agnitus Cabades cum Seose ad Hunnos Ephthalitas pervenit: ubi ducta Regis filia in matrimonium, copias comparavit adeo validas, ut cum iis venienti in Persidem non ausi perduelles obsistere, alius alio dissipati sint. Ingresso autem Cabadi in Provinciam, cui Gusanastades praeerat, et quosdam e familiaribus alloquenti ista vox excidit; Chanarangem creatum iri illum, qui eo die Persarum primus veniret, ac deferret coram obsequium. Vix haec protulerat, cum temere effutiisse poenituit, animum subeunte memoria legis Persicae, de non transferendo e domo quapiam Magistratu ullo ad alienos, sed ad quos iure gentilitio pertinuerit. Verebatur enim ne is, qui ad se primus adiret, Chanarangem haud attingeret cognatione, et rumpenda lex foret ad exsolvendam fidem. Haec secum cogitanti oblata facultas est liberandae

τος Ἀδεργουδουνβάδης ἐς αὐτὸν ἥκων, νεανίας ἀνὴρ, ξυγγενής τε ὢν τῷ Γουσαναστάδῃ καὶ διαφερόντως ἀγαθὸς τὰ πολέμια. ὃς δὴ δεσπότην τε προσεῖπε Καβάδην καὶ βασιλέα προσεκύνησε πρῶτος, ἐδεῖτό τέ οἱ ἅτε δούλῳ ὅ τι βούλοιτο χρῆσθαι. Καβάδης B οὖν ἐν τοῖς βασιλείοις οὐδενὶ πόνῳ γενόμενος, ἔρημόν τε Βλάσην τῶν ἀμυνομένων λαβὼν ἐξετύφλωσε, τρόπῳ δὴ ὅτῳ τυφλοὺς οἱ Πέρσαι ποιεῖν τοὺς κακούργους εἰώθασιν, ἔλαιον ἑψῶντες καὶ αὐτὸ ὡς μάλιστα ζέον ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς οὔτι μύοντας ἐπιχέοντες, ἢ περόνην τινὰ σιδηρᾶν πυρακτοῦντες καὶ ταύτῃ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ ἐντὸς χρίοντες, καὶ τὸ λοιπὸν ἐν φυλακῇ εἶχεν, ἄρξαντα Περσῶν ἐνιαυτοὺς δύο. καὶ τὸν μὲν Γουσαναστάδην κτείνας, τὸν Ἀδεργουδουνβάδην ἀντ' αὐτοῦ κατεστήσατο ἐπὶ τῆς τοῦ Χαναράγγου ἀρχῆς, τὸν δὲ Σεόσην Ἀδρασταδαρανσαλάνην εὐθὺς C ἀνεῖπε. δύναται δὲ τοῦτο τὸν ἐπὶ ἀρχαῖς τε ὁμοῦ καὶ στρατιώταις ἅπασιν ἐφεστῶτα. ταύτην ὁ Σεόσης τὴν ἀρχὴν πρῶτος καὶ μόνος ἐν Πέρσαις ἔσχεν· οὔτε γὰρ πρότερον οὔτε ὕστερόν τινι γέγονε· τήν τε βασιλείαν ὁ Καβάδης ἐκρατύνατο καὶ ξὺν τῷ ἀσφαλεῖ διεφύλαξεν. ἦν γὰρ ἀγχίνους τε καὶ δραστήριος οὐδενὸς ἧσσον.

ζ. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον χρήματα Καβάδης τῷ τῶν Ἐφθαλιτῶν D βασιλεῖ ὤφειλεν, ἅπερ ἐπεὶ ἀποτιννύναι οἱ οὐχ οἷός τε ἦν, Ἀναστάσιον τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα ᾔτει ταῦτά οἱ δανεῖσαι τὰ

3. τε add. L. 7. ἔλαιον A. ἔλεον P. ibid. ἑψῶντες] ἕφοντες scribitur p. 249 b. 505 b. 13. ἀδρασταδαρανσαλάνην A. Ἀδραστάδαραν Σαλάνην P. 21. ὤφειλεν] ὤφειλε P. 22. τὸν Ῥωμαίων] τῶν Ῥωμαίων P. τὸν ῥωμαῖον L.

fidei citra legis iniuriam. Nam omnes praegressus adiit ipsum Adergudunbades Gusanastadis consanguineus, adolescens bellica laude excellens. Hic primus Dominum salutavit Cabadem, et adoratione Regem agnovit, supplicans ut se tanquam servo ad omnia paratissimo uteretur. Nullo deinde negotio Cabades regia potitus, nudum ab defensoribus Blasem cepit excaecavitque eo quo solent modo Persae caecitatem inferre facinorosis, decocto nimirum oleo, et in oculos inconniventes, cum maxime fervet, infuso; aut immissa penitus acu ferrea eaque candenti. Atque illum quidem in custodia deinceps habuit, regno Persico potitum biennio; Gusanastadem vero morte mulctavit, Chanarange in eius locum suffecto Adergudunbade; Seosem autem Adrastadaransalanem (id valet summum magistratuum omnium militumque Praefectum) renunciavit. Id ille munus et primus et solus obtinuit; ut quod nemini ante ipsum nec post unquam delatum fuerit. At Cabades regnum bene complexus, firmissime tenuit: quippe vir tam solers et gnavus erat quam qui maxime.

γῆν τε πορευθέντες τινὰ ἔρημον ἀνθρώπων, ἄφνω ἐς τὴν Κομα-
γηνῶν καλουμένων τὴν χώραν παρὰ δόξαν ἐσέβαλλον. αὕτη τε
πρώτη ἐνθένδε Περσῶν ἐσβολὴ ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐγένετο, ὅσα
B γε εἰς ἡμᾶς ἀκοῇ ἢ τρόπῳ τῳ ἄλλῳ ἐπίστασθαι, καὶ πάντας Ῥω-
μαίους τῷ ἀπροσδοκήτῳ κατέπληξεν. ἃ δὴ ἐπεὶ Βελισάριος ἔμα-
H 29 θε, τὰ μὲν πρῶτα διηπορεῖτο, μετὰ δὲ βοηθεῖν κατὰ τάχος ἔγνω.
φυλακήν τε αὐτάρκη ἐν πόλει ἑκάστῃ καταστησάμενος, ὅπως μὴ
Καβάδης τε καὶ στράτευμα τῶν πολεμίων ἄλλο ἐνταῦθα ἰόντες
ἀφύλακτα τὸ παράπαν εὑρήσουσι τὰ ἐπὶ Μεσοποταμίας χωρία,
αὐτὸς τῷ ἄλλῳ στρατῷ ὑπηντίαζεν, Εὐφράτην τε ποταμὸν δια-
βάντες σπουδῇ πολλῇ πρόσω ἐχώρουν. ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίων στρα-
τὸς ἐς δισμυρίους μάλιστα πεζούς τε καὶ ἱππέας ξυνῄει, καὶ αὐ-
C τῶν Ἴσαυροι οὐχ ἧσσον ἢ δισχίλιοι ἦσαν. ἄρχοντες δὲ ἱππέων
μὲν ἅπαντες ἦσαν, οἳ τὰ πρότερα τὴν ἐν Δάρας μάχην πρός τε
Πέρσας καὶ Μιρράνην διήνεγκαν, πεζῶν δὲ τῶν τις δορυφόρων
Ἰουστινιανοῦ βασιλέως, Πέτρος ὄνομα. τοῖς μέντοι Ἰσαύροις
Λογγῖνός τε καὶ Στεφανάκιος ἐφειστήκεσαν· ἐνταῦθα δὲ καὶ Ἀρέ-
θας αὐτοῖς ξὺν τῷ Σαρακηνῶν στρατεύματι ἦλθεν. ἐπεί τε εἰς
Χαλκίδα πόλιν ἀφίκοντο, ἐνστρατοπεδευσάμενοι αὐτοῦ ἔμενον,
ἐπεὶ τοὺς πολεμίους ἐν χωρίῳ Γαββουλῶν εἶναι ἐπύθοντο, δέκα
καὶ ἑκατὸν σταδίους Χαλκίδος διέχοντι. ὃ δὴ γνόντες Ἀλαμούν-
D δαρός τε καὶ Ἀζαρέθης τόν τε κίνδυνον κατορρωδήσαντες ἐπί-
προσθεν οὐκέτι ἐχώρουν, ἀλλ' ἐπ' οἴκου δὴ αὐτίκα δὴ ἀποχωρεῖν

3. τὴν Hm. τῶν P. 14. πρότερα] πρότερον Suidas s. v. διήνεγκαν: sed πρότερα s. v. Δάρας. 20. Γαββουλῶν] γαμβουλῶν L. 21. σταδίους] σταδίοις L.

litudine peragrata, in Comagenen repente inopinateque ingressi sunt; unde nunquam Persas in Romanae ditionis terras immisisse se vel auditione vel alia quapiam ratione accepimus. Nemo non perculsus fuit inopinato Barbarorum adventu: de quo factus certior Belisarius, haesit primo inops consilii; deinde statuit propere auxilium ferre. Quare cum urbes singulas idoneo praesidio communisset, ne Cabades si exercitum alterum duceret in Mesopotamiam, plane incustoditam offenderet; perrexit obviam cum reliquis copiis, quae transmisso Euphrate, ulterius celeritate maxima contenderunt. Hae constabant peditum equitumque xx. m. bis mille minimum Isauri erant. Equitatum ducebant iidem illi, qui ad Daram cum Persis et Mirrhane pugnaverunt; peditatum Petrus unus e Iustiniani Praetorianis; Isauros Longinus ac Stephanacius; advenit etiam Arethas cum Saracenis. Ubi Chalcidem pervenerunt, ibi fixerunt castra; quoniam hostem esse Gabbulis audiebant, haud longius ab urbe Chalcide cx. stadiis. Id cum audissent Alamundarus et Azarethes, eos periculi metus non modo repressit, sed impulit etiam ad maturandum redi-

ἔγνωσαν. αὐτοί τε γοῦν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες ὀπίσω ἀπήλαυνον καὶ ὁ Ῥωμαίων στρατὸς ὄπισθεν εἵπετο. ἔν τε V 258 τῷ χώρῳ, οὗ δὴ οἱ βάρβαροι ἐς νύκτα ἑκάστην ηὐλίζοντο, ἀεὶ Ῥωμαῖοι τῇ ἐπιγινομένῃ νυκτὶ ἔμενον. Βελισάριος γὰρ ἐξεπίτηδες ὁδόν τινα πλείω πορεύεσθαι τὸ στράτευμα οὐδαμῇ εἴα, ἐπεὶ οἱ οὐκ ἦν βουλομένῳ τοῖς πολεμίοις εἰς χεῖρας ἰέναι, ἀλλ' ἀποχρῆν ᾤετο σφίσι Πέρσας τε καὶ Ἀλαμούνδαρον ἐς γῆν τὴν Ῥω- P 53 μαίων ἐσβεβληκότας, εἶτα ἐνθένδε οὕτω δὴ ἀποκεχωρηκότας, ἀπράκτους εἰς τὰ οἰκεῖα κομίζεσθαι. διὸ δὴ ἅπαντες αὐτῷ λάθρα ἐλοιδοροῦντο, ἄρχοντές τε καὶ στρατιῶται, ἐκάκιζε μέντοι αὐτὸν ἐς ὄψιν οὐδείς.

Τελευτῶντες δὲ Πέρσαι μὲν ἐν τῇ τοῦ Εὐφράτου ᾐόνι ηὐλίσαντο, ᾗ δὴ πόλεως Καλλινίκου ἀντιπέρας ἐστίν. ἐνθένδε γὰρ διὰ χώρας πρὸς οὐδενὸς ἀνθρώπων οἰκουμένης πορεύεσθαι ἔμελλον, οὕτω τε τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπαλλαγήσεσθαι. οὐ γὰρ ἔτι διενοοῦντο ἰέναι, ὥσπερ τὰ πρότερα, τῆς τοῦ ποταμοῦ ὄχθης ἐχόμενοι. Ῥωμαῖοι δὲ διανυκτερεύσαντες ἐν πόλει Σούρων ἐν- B θένδε τε ἐξαναστάντες καταλαμβάνουσι συσκευαζομένους ἤδη ἐς τὴν ἄφοδον τοὺς πολεμίους. ἑορτὴ δὲ ἡ πασχαλία ἐπέκειτο ἡμέρα, ἐπιγενησομένη τῇ ὑστεραίᾳ, ἣν δὴ σέβονται Χριστιανοὶ πασῶν μάλιστα, ἡμέρᾳ τε τῇ ταύτης προτέρᾳ σιτίων τε καὶ ποτοῦ ἀπεχόμενοι οὐ διημερεύειν νενομίκασι μόνον, ἀλλὰ καὶ πόρρω που νήστεις τῶν νυκτῶν ἰέναι. τότε οὖν ἅπαντας Βελισάριος ὀργῶντας ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὁρῶν, ταύτης τε ἀποστῆσαι τῆς

12. ᾐόνι] ἠϊόνι P. 15. ἀπαλλαγήσεσθαι] ἀπαλλαγήσασθαι P.

tum. Itaque viam converterunt secundum Euphratem a laeva praeterfluentem. Sequebatur exercitus Romanus, sic, ut quo in loco quamque Barbari noctem duxerant, eodem Romani posteram agerent. Consulto enim Belisarius non sinebat longius suos progredi, quod congredi cum hoste nollet, satis esse ratus, Persas et Alamundarum spe delusa, qua ducti in Rom. imperium penetraverant, emigrare, et inanes domum redire. Quamobrem in eum omnes, Duces iuxta militesque, clam probra iactabant, nemine in os convitiari audente.

Eo demum deducti Persae, ut per desertam plane regionem facturi iam iter, ac Rom. finibus excessuri essent (neque enim oram fluminis, ut prius, legere cogitabant) in ripa Euphratis e regione urbis Callinici castris positis quieverunt. Romani vero Suris, ubi noctem egerant, cum movissent, convasanti iam discessumque ornanti hosti supervenere. Instabat, die nempe celebrandum proxima, festum Paschale, quod omnium est sanctissimum Christianis, ob id solitis pridie non diem modo solidum transire sine cibo ac potu, sed ad multam etiam noctem ieiunium protrahere. Eo tempore, cum Romanos in pugnam prurire animadverteret

γνώμης ἐθέλων (ταῦτα γάρ οἱ καὶ Ἑρμογένης ἐγίνωσκεν ἄρτι ἐπὶ πρεσβείᾳ ἐκ βασιλέως ἥκων) τοὺς παραγενομένους ξυγκαλέσας C ἅπαντας ἔλεξε τοιάδε „Ποῖ φέρεσθε, ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἢ τί πεπονθότες κίνδυνον αἱρεῖσθαι ὑμῖν αὐτοῖς οὐκ ἀναγκαῖον βουλεύεσθε; μίαν εἶναι νίκην ἀκίβδηλον οἴονται ἄνθρωποι τὸ μηδὲν δεινὸν πρὸς τῶν πολεμίων παθεῖν, ὅπερ ἡμῖν ἔν γε τῷ παρόντι δέδωκεν ἥ τε τύχη καὶ ἡμῶν τὸ καταπλῆξαν τὸν στρατὸν τῶν ἐναντίων δέος. οὐκοῦν ἢ ἀπόνασθαι τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἄμεινον ἢ παρελθόντα ταῦτα ζητεῖν. Πέρσαι γὰρ πολλαῖς μὲν ἐλπίσιν ἠγμένοι ἐπὶ Ῥωμαίους ἐστράτευσαν, πάντων δὲ τανῦν ἐκπεπτωκότες ἐς φυγὴν ὥρμηνται. ὥστε ἢν οὐχ ἑκόντας αὐτοὺς μεταβάλλεσθαι μὲν τῆς ἐς τὴν ὑπαγωγὴν γνώμης, ἐς χεῖρας δὲ ἰέναι ἡμῖν αὐτοῖς ἀναγκάσωμεν, νενικηκότες μὲν πλέον τὸ παράπαν D οὐδὲν ἕξομεν. τί γὰρ ἄν τις τόν γε φεύγοντα τρέποι; σφαλέντες δὲ ἴσως τῆς τε ὑπαρχούσης στερησόμεθα νίκης, οὐ πρὸς τῶν πολεμίων ἀφαιρεθέντες, ἀλλ' αὐτοὶ ταύτην προέμενοι, καὶ τῇ βασιλέως γῇ τὸ τοῖς πολεμίοις ἐκκεῖσθαι, τῶν ἀμυνομένων χωρὶς, τὸ λοιπὸν δώσομεν. καίτοι καὶ τοῦτο ἐνθυμεῖσθαι ὑμᾶς ἄξιον, ὡς τῶν ἀναγκαίων, οὐ τῶν αὐθαιρέτων, ξυναίρεσθαι ὁ θεὸς ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις φιλεῖ. χωρὶς δὲ τούτων τοῖς μὲν οὐκ ἔχουσιν ὅπῃ ἂν τραπεῖεν ἀνδραγαθίζεσθαι οὐχ ἑκουσίοις ξυμβήσεται, ἡμῖν δὲ πολλὰ τὰ ἐναντιώματα εἰς τὴν ξυμβολὴν τετύχηκεν εἶναι.

17. ἐκκεῖσθαι H. ἐγκεῖσθαι HmP. ἐκκεῖσθαι L. 22. „ξυμβολὴν] Vocabulum hoc substitui in locum ξυμβουλήν." Malt.

Belisarius, eosque a proposito avocare vellet, de sententia Hermogenis, qui recens ab Augusto Legatus venerat, convocatis quotquot aderant, sic verba fecit. *Quo, Romani, quo ruitis? aut quaenam vis mentibus vestris incidit, ut praelii discrimen adeatis minime necessarium? Nemo est quin si hostis recedat innoxius, id purae victoriae loco ponat: quod certe nobis fortuna iam tribuit et incussus Barbarico exercitui terror. Satius profecto est bonis frui praesentibus, quam in absentia se intendere. Persas quidem spes multae ad hanc in Romanos expeditionem induxerant: at nunc de omnibus deiecti fugam praecipitant: Itaque si illos cogamus abiicere cogitationem reditus, et invitos ad praelium retrahamus, nihil amplius quam quod adest habebimus, ac luserimus operam: quorsum enim fugientem quis fuget? Quod si nobis res male cesserit; quam tenemus, amittemus victoriam, non hostili vi nobis extortam, sed e manibus proiectam ultro; itaque Caesaris provincias, sublato omni praesidio, insolentiae victoris obnoxias relinquemus. Et vero cogitare vos id par est, non item in susceptis sponte periculis, ut in necessariis solere Deum opitulari. Ad haec, praecluso omni effugio, coget hostem desperatio rem strenue gerere: nos autem multa quominus pugnam capessamus impediunt. Exhausti*

πεζῇ τε γὰρ βαδίζοντες πολλοὶ ἥκουσι καὶ νήστεις ἅπαντες τυγχά- 30
νομεν ὄντες. ἀφίημι γὰρ λέγειν ὥς τινες οὔπω καὶ νῦν πάρεισι."
Βελισάριος μὲν τοσαῦτα εἶπεν.

Ὁ δὲ στρατὸς εἰς αὐτὸν ὑβρίζων οὐ σιγῇ τινι οὐδὲ ἐν παρα-
βύστῳ, ἀλλ' αὐτῷ ἐς ὄψιν ξὺν κραυγῇ ἥκοντες μαλθακόν τε καὶ P 54
τῆς προθυμίας διαλύτην ἐκάλουν, ὃ δὴ καὶ τῶν ἀρχόντων τινὲς
ξὺν τοῖς στρατιώταις ἡμάρτανον, ταύτῃ τὸ εὔτολμον ἐνδεικνύμε-
νοι. καὶ αὐτῶν τῷ ἀναισχύντῳ καταπλαγεὶς Βελισάριος ἀντι-
στρέψας τὴν παραίνεσιν ἐγκελευομένῳ τε ἤδη ἐπὶ τοὺς πολεμίους
ἐῴκει καὶ διατάσσοντι ἐς παράταξιν, ἔφασκέ τε ὡς οὐκ εἰδείη μὲν
αὐτῶν τὴν ἐς τὸ μάχεσθαι προθυμίαν τὰ πρότερα, νῦν δὲ θαρ-
σεῖν τε καὶ ξὺν ἐλπίδι τῇ ἀμείνονι ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰέναι. καὶ
τὴν φάλαγγα μετωπηδὸν ποιησάμενος διέταξεν ὧδε. ἐς κέρας
μὲν τὸ ἀριστερὸν πρὸς τῷ ποταμῷ τοὺς πεζοὺς ἅπαντας ἔστησεν,
ἐς δὲ τὸ δεξιόν, ᾗ δὴ ὁ χῶρος ἀνάντης ἦν, Ἀρέθαν τε καὶ τοὺς B
ξὺν αὐτῷ Σαρακηνοὺς ἅπαντας, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἱππεῦσι κατὰ
μέσον εἱστήκει. οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι ἐτάξαντο. Ἀζαρέθης δὲ ἐπεὶ
ξυνιόντας εἰς παράταξιν τοὺς πολεμίους εἶδε, τοιάδε παρεκελεύ- V 259
σατο· „Πέρσας μὲν ὄντας ὑμᾶς μὴ οὐχὶ τοῦ βίου τὴν ἀρετὴν
ἀνταλλάξεσθαι, ἥν τις αἵρεσιν ἀμφοῖν διδοίη, οὐδεὶς ἂν ἀντεί-
ποι. ἐγὼ δέ φημι οὐδ' ἂν βουλομένοις ἐφ' ὑμῖν εἶναι τούτοιν
ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν. οἷς μὲν γὰρ ἐξὸν διαφυγοῦσι τὸν κίνδυνον
ξὺν τῇ ἀτιμίᾳ βιοῦν, οὐδέν, ἥν γε βούλοιντο, ἀπεικὸς ἀντὶ τῶν

4. τινὶ om. Suidas s. v. ἐν παραβύστῳ. 17. Ἀζαρέθης] ἀζαρέθας L. 20. ἀνταλλάξεσθαι] ἀνταλλάξασθαι L.

omnes ieiunio sumus, multi etiam confecta pedibus via; ut omittam quod copiarum pars nondum adest. Haec Belisarius.

At exercitus non iam mussitando nec latenter in eum contumelias interquebat; sed coram vociferans appellabat ignavum, et ab ipso militarem ardorem extingui querebatur. Id cum militibus Duces nonnulli generositatis ostentatione peccarunt. Quorum impudentia perculsus Belisarius, versa in contrariam sententiam oratione, iam in hostem incitanti et aciem instruenti similis, dictitabat haud sibi cognitam prius ipsorum ad pugnandum alacritatem; nunc se meliori animo ac spe in adversarios vadere. Interim aciem obiecit hostibus, in hunc modum dispositam. In sinistro cornu propter fluvium peditatum locavit; in dextero Arethan cum Saracenis, ubi locus acclivis erat; ipse in medio constitit cum equitatu. Eam habebat formam acies Romana, quam instrui ut vidit Azarethes, suos his fere verbis hortatus est. *Illud quidem nemo negaverit, vos, cum sitis Persae, nunquam optaturos vitam prae bellicae virtutis laude, si quis vobis optionem utriusque permiserit. Ego vero aio nunc eam vobis, ut maxime velletis, non dari. Eos certe, quibus integrum est retinere turpiter vitam detrectando praelium, haud plane absurdum fuerit prae ho-*

βελτίστων ἑλέσθαι τὰ ἥδιστα, οἷς δὲ τὸ θνήσκειν ἐπάναγκες, ἢ C ξὺν τῇ εὐκλείᾳ πρὸς τῶν πολεμίων, ἢ πρὸς τοῦ κρατοῦντος ἐς τὴν κόλασιν αἰσχρῶς ἀγομένοις, πολλὴ ἄνοια μὴ πρὸ τῶν αἰσχίστων ἑλέσθαι τὰ κρείσσω. ὅτε τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχει, προσήκειν ὑμᾶς ἅπαντας οἶμαι μὴ τοὺς πολεμίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν δεσπότην τὸν ὑμέτερον ἐν νῷ ἔχοντας οὕτως ἐς μάχην τήνδε καθίστασθαι."

Τοσαῦτα καὶ Ἀζαρέθης παρακελευσάμενος ἀντίξουν τοῖς ἐναντίοις τὴν φάλαγγα ἔστησε, Πέρσας μὲν τὰ ἐν δεξιᾷ ἔχοντας, Σαρακηνοὺς δὲ τὰ εὐώνυμα. καὶ αὐτίκα μὲν ἐς χεῖρας ἀμφότεροι ἦλθον. ἦν δὲ ἡ μάχη καρτερὰ μάλιστα. τά τε γὰρ τοξεύματα ἑκατέρωθεν συχνὰ ἐπὶ πλεῖστον βαλλόμενα φόνον ἀμφοτέ- D ρων πολὺν ἐποίει καί τινες ἐν μεταιχμίῳ γινόμενοι ἔργα ἐς ἀλλήλους ἐπεδείκνυντο ἀρετῆς ἄξια, μᾶλλον δὲ Πέρσαι ἐκ τῶν τοξευμάτων πολλοὶ ἔθνησκον. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν βέλη συχνότερα μὲν ἀτεχνῶς ἐπῄει, ἐπεὶ Πέρσαι τοξόται σχεδόν τί εἰσιν ἅπαντες καὶ πολὺ θᾶσσον ἢ ἄλλοι ξύμπαντες ἄνθρωποι ποιεῖσθαι τὰς βολὰς ἐκδιδάσκονται. ἐκ δὲ τόξων μαλθακῶν τε καὶ οὐ λίαν ἐντεταμένων βαλλόμενα θώρακι ἴσως ἢ κράνει ἢ καὶ ἀσπίδι ἐντυχόντα Ῥωμαίου ἀνδρὸς ἀπεκαυλίζετό τε καὶ λυπεῖν τὸν προσπίπτοντα οὐδαμῇ εἶχε. Ῥωμαίων δὲ τὰ τοξεύματα βραδύτερα μὲν ἐς ἀεί ἐστιν, ἅτε δὴ ἐκ τόξων σκληρῶν τε ὑπεράγαν καὶ δεινῶς ἐντεταμένων βαλλόμενα, προσθείη δὲ ἄν τις καὶ πρὸς ἀνδρῶν ἰσχυρο-

16. ἐπῄει Maltretus, qui ᾔει ex Reg. affert. ἐποίει P. 18. ἐκδιδάσκονται A. ἐκδιδάσκοντες P. 21. τὰ τοξεύματα] τά τε τοξεύματα A.

nesto dulce amplecti, si quidem ita voluntas ferat. At quos circumstat mortis necessitas, vel pulchrae per vulnera, cum hoste dimicando, vel foedae per supplicia adeundae, victorem sequendo; nae stultissime ii fecerint, si honestis turpia praeoptarint. Quae cum ita sint, vestras esse partes sentio, non ob oculos modo hostem, sed vestrum etiam in animis habere Dominum, itaque in hanc pugnam incumbere.

Hac usus hortatione Azarethes, aciem hosti opposuit, obtinentibus Persis dexteram, laevam Saracenis. Mox ad manus utrinque ventum, et quidem fortissime. Denso hinc inde sagittarum ingruente nimbo, haud sine mutua nec levi caede, nonnulli in campum inter acies relictum progressi, generosa inter se facinora ediderunt. E Persis plures interibant sagittis icti: quae licet ab illis crebriores venirent, quoniam Persae fere omnes sagittarii sunt, eaque in arte expeditissimi mortalium omnium; tamen eorum Sagittae, lorica Romani militis, vel forte galea aut scuto retusae dissiliebant, nec virum poterant obvium violare, quia mollibus neque adeo contentis arcubus impellebantur. Quas vero Romani mittunt, tardius eae quidem ex arcubus, quippe rigidis intentissimeque adductis,

τέρων πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ Πέρσαι, οἷς ἂν ἐντύχοιεν, εὐπετῶς σίνονται, ὅπλου οὐδενὸς ἐμποδὼν αὐτῶν γινομένου τῇ ῥύμῃ. ἤδη μὲν οὖν τῆς ἡμέρας αἱ δύο παρῳχήκεσαν μοῖραι, καὶ ἡ μάχη P 55 ἔτι ἀγχώμαλος ἦν. τότε δὲ ξυμφρονήσαντες, ὅσοι δὴ ἄριστοι ἐν τῷ Περσῶν στρατεύματι ἦσαν, ἐσήλαυνον ἐς τῶν πολεμίων τὸ δεξιὸν κέρας, οὗ δὴ Ἀρέθας τε καὶ οἱ Σαρακηνοὶ ἐτετάχατο. οἱ δὲ οὕτω τὴν φάλαγγα διαλύσαντες δίχα ἐγένοντο, ὥστε καὶ δόξαν ἀπήνεγκαν ὅτι δὴ Πέρσαις τὰ Ῥωμαίων πράγματα προὔδοσαν. τοὺς γὰρ ἐπιόντας οὐχ ὑποστάντες αὐτίκα ἐς φυγὴν ἅπαντες ὥρμηντο. οἱ γοῦν Πέρσαι διαρρήξαντες οὕτω τὴν τῶν ἐναντίων παράταξιν κατὰ νώτου εὐθὺς τῆς Ῥωμαίων ἵππου ἐγένοντο. Ῥωμαῖοι δὲ κεκμηκότες ἤδη τῇ τε ὁδῷ καὶ τῷ πόνῳ τῆς μάχης νήστεις τε ἅπαντες ἐς τόδε τῆς ἡμέρας ὄντες, καὶ πρὸς τῶν πολε- B μίων ἑκατέρωθεν ἐνοχλούμενοι, οὐκέτι ἀντεῖχον, ἀλλ' οἱ μὲν πολλοὶ φεύγοντες ἀνὰ κράτος ἐς τοῦ ποταμοῦ τὰς νήσους ἄγχιστά που οὔσας ἐχώρησαν, τινὲς δὲ καὶ αὐτοῦ μένοντες ἔργα θαυμαστά τε καὶ λόγου πολλοῦ ἄξια τοὺς πολεμίους εἰργάσαντο, ἐν τοῖς καὶ Ἀσκᾶν ἦν. ὃς δὴ πολλοὺς μὲν κτείνας τῶν ἐν Πέρσαις δοκίμων, κρεουργηθεὶς δὲ κατὰ βραχὺ μόλις ἔπεσε, λόγον αὑτοῦ τοῖς πολεμίοις ἀπολιπών, καὶ σὺν αὐτῷ ἄλλοι ὀκτακόσιοι H 31 ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ ἀπέθανον, οἵ τε Ἴσαυροι ξὺν τοῖς ἄρχουσι σχεδὸν ἅπαντες, οὐδὲ ὅπλα ἀνταίρειν

2. σίνονται A. γίνονται P. *concidunt* RV. *ibid.* ὅπλου A. ὅπου P. *armatura* RV. 3. αἱ δύο παρῳχήκεσαν μοῖραι] Ex Homero Il. κ, 252. παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ τῶν δύο μοιράων. 18. τοῖς L. οἷς P. 20. αὑτοῦ] αὐτοῦ P.

exeunt: sed accedente impressione, quam ipsis dant viri multo Persis robustiores, quos offendunt configunt facile, cum nihil earum impetum frangat. Iam partes diei duae elapsae erant, et Marte adhuc pugnabatur ancipiti, quando Persarum fortissimi uno animo invecti sunt in dexterum cornu hostium, ubi stabat Arethas cum Saracenis: qui solutis ordinibus, ita se ab acie abiunxerunt, ut opinionem praebuerint proditae Persis Romanae rei. Nam invadentibus minime repugnantes, statim omnes in fugam se coniecerunt. Ita districta acie, mox a tergo Persae equitatum occupant. Hi fractis tum viae tum praelii labore viribus, cum et nihildum cibi quisquam eo die gustasset, lacessentibus utrinque hostibus haud diutius restiterunt; at plerique effuso cursu fugientes, ad amnis insulas evaserunt proximas: dum quidam in campo stantes facinora patrabant admiratione et laude digna singulari. Inter quos Ascan, confectis manu sua e Persarum flore quamplurimis paulatim in frusta concisus, vix tandem occidit, relicta hostibus clara sui memoria. Cum ipso occubuerunt viri in hoc certamine strenui DCCC. et suis cum Ducibus Isauri prope omnes, qui in hostem arma ne tollere quidem ausi sunt.

τοῖς πολεμίοις τολμήσαντες. ἀπειρίᾳ γὰρ τοῦ ἔργου τούτου πολλῇ
C εἴχοντο, ἐπεὶ ἄρτι τῆς γεωργίας ἀφέμενοι ἐς κίνδυνον πολέμου κατέστησαν, ἀγνῶτα σφίσι τὰ πρότερα ὄντα, καίτοι μάλιστα πάντων αὐτοὶ ἔναγχος ἐς τὴν μάχην ἀγνοίᾳ πολέμου ὀργῶντες, Βελισαρίῳ τότε τὴν δειλίαν ὠνείδιζον. οὐ μὴν οὐδὲ Ἴσαυροι ἅπαντες, ἀλλὰ Λυκάονες οἱ πλεῖστοι ἦσαν.

Βελισάριος δὲ ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐνταῦθα μείνας, ἕως μὲν τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀσκᾶν ἀντέχοντας ἑώρα καὶ αὐτὸς ξὺν τοῖς παροῦσι τοὺς πολεμίους ἠμύνατο. ἐπεὶ δὲ αὐτῶν οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ ὅπη ἐδύναντο ἐς φυγὴν ὥρμηντο, τότε δὴ καὶ αὐτὸς ξὺν τοῖς ἑπομένοις φυγὼν ἐς τῶν πεζῶν τὴν φάλαγγα ἦλθεν, οἳ ξὺν τῷ
D Πέτρῳ ἔτι ἐμάχοντο, οὐ πολλοὶ ὄντες, ἐπεὶ καὶ αὐτῶν ἔτυχον φεύγοντες οἱ πλεῖστοι. ἔνθα δὴ αὐτός τε τὸν ἵππον ἀφῆκε καὶ πάντας ταυτὸ δρᾶν τοὺς ἑπομένους ἐκέλευε, πεζοὺς ξὺν τοῖς ἄλ-
V 260 λοις τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι. Περσῶν δὲ ὅσοι τοῖς φεύγουσιν εἵποντο, δι' ὀλίγου τὴν δίωξιν ποιησάμενοι εὐθὺς ἐπανῆκον, ἔς τε τοὺς πεζοὺς καὶ Βελισάριον ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὥρμηντο. οἱ δὲ τὰ νῶτα ἐς τὸν ποταμὸν τρέψαντες, ὅπως μή τις αὐτοῖς πρὸς τῶν πολεμίων κύκλωσις γένοιτο, ἐκ τῶν παρόντων τοὺς ἐπιόντας ἠμύνοντο. αὖθίς τε ἡ μάχη καρτερὰ γέγονε, καίπερ οὐκ ἐξ ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως οὖσα. πεζοί τε γὰρ καὶ λίαν ὀλίγοι πρὸς ξύμπασαν ἐμάχοντο τὴν Περσῶν ἵππον. οὐ μέντοι αὐτοὺς οἱ πολέμιοι οὔτε τρέπεσθαι οὔτε ἄλλως βιάζεσθαι εἶχον.
P 56 ἐν χρῷ τε γὰρ ἀλλήλοις ἐς ὀλίγον ἀεὶ ξυναγόμενοι καὶ ὡς ἰσχυρό-

Cum enim ab agricultura iam recens ad ignota sibi belli discrimina transiissent, imperitia districti haerebant; quamvis ipsi omnium maxime pugnandi libidine abrepti modo, timiditatem Belisario exprobraverant: neque omnes erant Isauri, sed Lycaones plerique.

Belisarius vero, qui parva succinctus manu loco non cesserat, quamdiu restare vidit Ascanis turmam, tamdiu et ipse cum sua hostem repulit. Verum ubi illi partim ceciderunt, partim quo fortuna tulit fugerunt, tum ipse quoque cessit cum suis, seque recepit ad pedites, qui quamvis exiguo numero (iam enim plerimi dilapsi erant) cum Petro adhuc praelium sustinebant. Hic ille dimisso equo, idem omnes, qui ipsum sequebantur, ut facerent, et ad pedes degressi hostem coniuncte arcerent imperavit. Quicunque instabant fugientibus Persae, haud longe provecti, rediere statim, et cum reliquo exercitu in pedites ac Belisarium irruerunt. Tum illi, ne circumveniantur, terga amni obvertere, et quantum e re nata fieri potest ad propulsandum aggressorem conniti. Ardore quidem summo instauratur certamen; sed iniquis viribus. Nam pedites, iique oppido pauci contra universum Persarum equitatum pugnabant. Eorum tamen aciem nec inclinare hostis, nec perrumpere valuit. In ar-

τατα ταῖς ἀσπίσι φραξάμενοι ἔβαλλον μᾶλλον ἐς τοὺς Πέρσας ἐπιτηδείως ἢ αὐτοὶ πρὸς ἐκείνων ἐβάλλοντο. πολλάκις δὲ ἀπειπόντες οἱ βάρβαροι ἐπ' αὐτοὺς ἤλαυνον, ξυνταράξοντές τε καὶ διαλύσοντες τὴν παράταξιν, ἀλλ' ἄπρακτοι ἐνθένδε ὀπίσω αὖθις ἀπήλαυνον. οἱ γὰρ ἵπποι αὐτοῖς τῷ τῶν ἀσπίδων πατάγῳ ἀχθόμενοι ἀνεχαιτίζοντό τε καὶ ἐς ταραχὴν ξὺν τοῖς ἐπιβάταις καθίσταντο. διαγεγόνασί τε οὕτως ἑκάτεροι, ἕως ἐγεγόνει τῆς ἡμέρας ὀψέ. νυκτὸς ἤδη ἐπιλαβούσης Πέρσαι μὲν ἐς τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν, Βελισάριος δὲ ὁλκάδος ἐπιτυχὼν ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐς τοῦ ποταμοῦ τὴν νῆσον κατῆρεν, οὗ δὴ καὶ οἱ ἄλλοι Ῥωμαῖοι νηχόμενοι ἦλθον. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Ῥωμαῖοι μὲν ὁλκάδων B σφίσιν ἐκ Καλλινίκου πόλεως παραγενομένων πολλῶν ἐς αὐτὴν ἐκομίσθησαν, Πέρσαι δὲ τοὺς νεκροὺς ἐσκυλευκότες ἐπ' οἴκου ἅπαντες ἀνεχώρησαν. οὐ μὴν τοὺς σφετέρους νεκροὺς τῶν πολεμίων ἐλάσσους εὗρον.

Ἀζαρέθης δέ, ἐπεὶ ξὺν τῷ στρατῷ ἐς Πέρσας ἀφίκετο, καίπερ ἐν τῇ μάχῃ εὐημερήσας, ἀχαρίστου Καβάδου μάλιστα ἔτυχεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. νόμος ἐστὶ Πέρσαις, ἡνίκα ἐπὶ τῶν πολεμίων τινὰς στρατεύεσθαι μέλλουσι, τὸν μὲν βασιλέα ἐπὶ θρόνου τοῦ βασιλείου καθῆσθαι, κοφίνους δέ οἱ πολλοὺς ἐνταῦθά πη εἶναι, καὶ παρεῖναι μὲν τὸν στρατηγόν, ὃς δὴ τῷ στρατῷ C ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐξηγήσεσθαι ἐπίδοξός ἐστι, παριέναι δὲ τὸ στράτευμα τοῦτο ἐς τοῦ βασιλέως τὴν ὄψιν κατ' ἄνδρα ἕνα, καὶ αὐτῶν ἕκαστον βέλος ἓν ἐς τὰς τάρπας ῥιπτεῖν, μετὰ δὲ αὐτὰς

ctum quippe cuneum sese coegerant, haerebatque viro vir, ac praetentis validissime clypeis muniti, aptius ictus dabant quam acciperent. Fracti Barbari resumptis saepe animis equos omni impetu in illum globum, ut perturbarent ipsum atque disiicerent, admiserunt: sed irriti toties retro cedere compulsi sunt. Scutorum enim crepitus impatientes equi, retrectantes efferebant sese, et cum sessoribus turbabantur. Ea utrinque pertinacia duratum est ad vesperum; interventu demum noctis dirempta pugna in castra Persae concesserunt: Belisarius navigium vectorium nactus in insulam fluvii, quo caeteri enataverant, appulit. Postera die Romani missis Callinico onerariis, in eam urbem delati sunt: Persae domum remearunt, spoliatis prius mortuis, in quibus sane non minorem suorum quam hostium numerum invenerunt.

In Persidem reversus Azarethes cum exercitu, re quamvis in praelio feliciter gesta, Cabadem expertus est ingratissimum, istam ob causam. Est in more positum apud Persas ut in expeditionis procinctu, regali solio Rex considat, multis prope dispositis cophinis, atque astante Duce, cui belli imperium destinatur. Sub Regis oculos praetereunt milites singuli, ac sagittam iacit quisque unam in corbes, qui deinde sigillo regio obsignati servantur. Post reditum ab expeditione singuli sin-

μὲν τῇ βασιλέως σφραγῖδι κατασεσημασμένας φυλάσσεσθαι, ἐπειδὰν δὲ ἐς Πέρσας ἐπανίοι τὸ στράτευμα τοῦτο, τῶν στρατιωτῶν ἕκαστον ἐκ τῶν ἀρρίχων ἓν ἀφαιρεῖσθαι βέλος. ἀριθμοῦντες οὖν τῶν βελῶν ὅσα πρὸς τῶν ἀνδρῶν οὐκ ἀνῄρηται, οἷς ἐπίκειται ἡ τιμὴ αὕτη, ἀγγέλλουσι τῷ βασιλεῖ τὸ πλῆθος τῶν οὐκ ἐπανηκόντων στρατιωτῶν, ταύτῃ τε ὅσοι ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτήκασιν ἔνδηλοι γίνονται. οὕτω μὲν οὖν Πέρσαις ὁ νόμος ἐκ παλαιοῦ D ἔχει. ἐπεὶ δὲ Ἀζαρέθης ἐς ὄψιν τῷ βασιλεῖ ἦλθεν, ἀνεπυνθάνετο αὐτοῦ ὁ Καβάδης εἴ τι χωρίον παραστησάμενος Ῥωμαϊκὸν ἥκοι, ἐπεὶ ξὺν τῷ Ἀλαμουνδάρῳ ὡς Ἀντιόχειαν καταστρεψόμενος ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύσειεν. ὁ δὲ Ἀζαρέθης χωρίων μὲν ἑλεῖν οὐδὲν ἔφασκε, Ῥωμαίους δὲ καὶ Βελισάριον μάχῃ νενικηκέναι. Καβάδης μὲν οὖν παριέναι τὸ ξὺν τῷ Ἀζαρέθῃ ἐκέλευε στράτευμα, ἔκ τε τῶν ταρπῶν βέλος ἕκαστος ἀνῃρεῖτο ᾗπερ εἰώθει. πολλῶν δὲ ἀπολελειμμένων βελῶν ὠνειδίζετο τῷ Ἀζαρέθῃ ὁ βασιλεὺς τὴν νίκην καὶ ἐν τοῖς ἀτιμοτάτοις τὸ λοιπὸν εἶχε. τὰ μὲν οὖν τῆς νίκης ἐς τοῦτο ἐτελεύτα τῷ Ἀζαρέθῃ.

P 57 V 261 ιθʹ. Ἔννοια δὲ τότε Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ γέγονεν Αἰθίοπάς τε καὶ Ὁμηρίτας ἐπὶ τῷ Περσῶν πονηρῷ ἑταιρίσασθαι. ὅπῃ δὲ τῆς γῆς οἱ ἄνθρωποι οἵδε ᾤκηνται καὶ καθ' ὅ τι αὐτοὺς Ῥωμαίοις ξυνοίσειν βασιλεὺς ἤλπισεν, ἐρῶν ἔρχομαι. τὰ Παλαιστίνης ὅρια πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἐς θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν καλουμένην διῴκηνται. αὕτη δὲ ἡ θάλασσα ἐξ Ἰνδῶν ἀρχομένη

11. χωρίων] χωρίον L. 19. πονηρῷ] „πονήρῳ Reg." Malt.

gulas e corbibus sagittas extrahunt: tum recensioni praepositi, ex earum, quae eductae non sunt, subductione numerum colligentes militum, qui non redierint, Regi significant, atque ita quot desiderati in bello sint planum fit. Is est perantiquus Persarum mos. Cabades autem, ubi comparuit Azarethes, ex eo quaesiit, urbemne aliquam ditionis Romanae adiunxisset suae? quandoquidem cum Alamundaro exercitum in Romanos duxisset, Antiochia potiturum se pollicens. Cui Azarethes, nullam quidem a se captam urbem; sed Romanos ac Belisarium acie fusos victosque respondit. Procedere tum porro Cabades cum Azarethe copias iubet: sagittam quisque e cophinis de more eripit: cumque residuae perplures essent victoria Azarethi exprobrata, eum Rex posthac habuit inter despicatissimos maximeque ignobiles. Huc demum Azarethi victoria parta recidit.

19. Eadem tempestate Iustiniano Aug. venit in mentem societatem cum Aethiopibus et Homeritis pangere in Persarum perniciem. Quae gentes ubi terrarum degant, quidque inde commodi in Romanos rediturum speraret, declarare aggredior. Exortivi Palaestinae fines pertingunt ad mare Rubrum, quod ab India quidem incipit; in ea vero Roma-

ἐνταῦθα τελευτᾷ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. καὶ πόλις Αἰλὰς καλουμένη πρὸς τῇ ταύτης ᾐόνι ἐστὶν, ἔνθα ἡ θάλασσα, ὥσπερ μοι εἴρηται, ἀπολήγουσα πορθμός τις ἐς ἄγαν στενὸς γίνεται, καὶ αὐτὸν ἐνθένδε ἐσπλέοντι ἐν δεξιᾷ μὲν ὄρη τὰ Αἰγυπτίων πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα ἐστὶν, ἐπὶ θάτερα δὲ χώρα ἔρημος ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον διήκει πρὸς βορρᾶν ἄνεμον, ἥ τε γῆ αὕτη τῷ ἐσπλέοντι ἑκατέρωθεν ὁρατὴ γίνεται, μέχρι ἐς τὴν Ἰωτάβην καλουμένην νῆσον, Αἰλᾶ πόλεως σταδίους οὐχ ἧσσον ἢ χιλίους διέχουσαν. ἔνθα Ἑβραῖοι αὐτόνομοι μὲν ἐκ παλαιοῦ ᾤκηντο, ἐπὶ τούτου δὲ Ἰουστινιανοῦ βασιλεύοντος κατήκοοι Ῥωμαίων γεγένηνται. πέλαγος δὲ τὸ ἐνθένδε μέγα ἐκδέχεται. καὶ γῆν μὲν τὴν ἐν δεξιᾷ οἱ ταύτῃ ἐσπλέοντες οὐκέτι ὁρῶσιν, ἐς μέντοι τὴν εὐώνυμον νυκτὸς ἀεὶ ἐπιγινομένης ὁρμίζονται. ἐν σκότῳ γὰρ ναυτίλλεσθαι ἐν ταύτῃ δὴ τῇ θαλάσσῃ ἀδύνατά ἐστιν, ἐπεὶ βράχους αὐτὴν ἔμπλεων ἐπὶ πλεῖστον ξυμβαίνει εἶναι. ὅρμοι δέ εἰσιν ἐνταῦθα πολλοὶ οὐ χερσὶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν χωρίων πεποιημένοι, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῖς πλέουσιν οὐ χαλεπόν ἐστιν ὅπῃ παρατύχοι ὁρμίζεσθαι. B C

Ταύτην δὴ τὴν ᾐόνα εὐθὺς μὲν ὅρους τοὺς Παλαιστίνης ὑπερβάντι Σαρακηνοὶ ἔχουσιν, οἳ ἐν τῷ φοινικῶνι ἐκ παλαιοῦ ἵδρυνται. ἔστι δὲ ὁ φοινικὼν ἐν τῇ μεσογείᾳ ἐς χώραν κατατείνων πολλὴν, ἔνθα δὴ τὸ παράπαν ἄλλο οὐδὲν ὅτι μὴ φοίνικες D

2. ᾐόνι] ἠϊόνι P et pariter p. 99, 19. 100, 16. 101, 4. 8. Αἰλᾶ] „Αἰλᾶς Reg." Malt. 15. ἔμπλεων] ἔμπλεον H.

nae ditionis ora terminatur. Est littori urbs apposita, nomine Ailas; ubi mare, sicut modo dicebam, desinens, in sinum arctatur angustissimum: quem qui intrant ex illa parte, a dextra habent Aegypti montes procurrentes Meridiem versus, a laeva solitudinem, quae ad Septentrionem longissime patet. Porro introrsum vectis apparet utrinque tellus, donec pervenerint ad insulam Iotaben stadiis haud minus mille ab urbe Aila dissitam: cuius incolae Hebraei, cum sui iam inde olim iuris fuissent, Iustiniani principatu Romanum iugum acceperunt. Vastum deinde pelagus; sic, ut iam amplius terram a dextra non videant, qui ulterius provehuntur, quibus et mos est appetente nocte ad oram sinistram applicare. Neque enim potest Mare illud navigari tenebris, propter brevia, quae in eo sunt plurima. At idem non humana industria, sed locorum natura portuosum est, ut ea re facile sit appellere, quocumque sors tulerit.

Hoc littus, continuo post Palaestinae fines, obtinent Saraceni, veteres incolae Palmeti, quod in regione mediterranea longe ac late diffusum est, neque aliud quidquam nisi palmas progignit. Id princeps Sa-

φύονται μόνοι. τοῦτον τὸν φοινικῶνα βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ Ἀβοχάραγος ἐχαρίσατο, ὁ τῶν ἐκείνῃ Σαρακηνῶν ἄρχων, καὶ αὐτὸν βασιλεὺς φύλαρχον τῶν ἐν Παλαιστίνῃ Σαρακηνῶν κατεστήσατο. ἀδῄωτόν τε τὴν χώραν διεφύλαξε τὸν ἅπαντα χρόνον, ἐπεὶ
P 58 τοῖς τε ἀρχομένοις βαρβάροις καὶ οὐδέν τι ἧσσον τοῖς πολεμίοις φοβερός τε ἀεὶ Ἀβοχάραγος ἔδοξεν εἶναι καὶ διαφερόντως δραστήριος. τῷ μὲν οὖν λόγῳ τὸν φοινικῶνα βασιλεὺς ἔχει, μετεῖναι δὲ αὐτῷ τῶν ταύτῃ χωρίων οὐδ' ὁπωστιοῦν δυνατά ἐστι. γῆ τε γὰρ ἀνθρώπων παντελῶς ἔρημος καὶ ἀτεχνῶς ἄνυδρος ἐν μέσῳ οὖσα ἐς δέκα ἡμερῶν ὁδὸν διήκει, καὶ αὐτὸς λόγου ὁτουοῦν ἄξιος ὁ φοινικὼν οὐδαμῆ ἐστιν, ἀλλ' ὄνομα δῶρον, ὅ τι Ἀβοχάραγος ἔδωκε μόνον καὶ βασιλεὺς εὖ εἰδὼς ἔλαβε. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τῷ φοινικῶνι ταύτῃ πη ἔχει. τούτων δὲ τῶν ἀνθρώπων ἄλλοι Σαρακηνοὶ ἐχόμενοι τὴν ἀκτὴν ἔχουσιν, οἳ δὴ Μααδδηνοὶ καλοῦν-
B ται, Ὁμηριτῶν κατήκοοι ὄντες. οἱ δὲ Ὁμηρῖται οὗτοι ἐν χώρᾳ τῇ ἐπέκεινα ᾤκηνται πρὸς τῇ τῆς θαλάσσης ἠόνι, ὑπέρ τε αὐτοὺς ἄλλα ἔθνη πολλά, μέχρι ἐς τοὺς ἀνθρωποφάγους Σαρακηνοὺς ἱδρῦσθαί φασι. μεθ' οὓς δὴ τὰ γένη τῶν Ἰνδῶν ἐστιν. ἀλλὰ τούτων μὲν πέρι λεγέτω ἕκαστος ὥς πη αὐτῷ βουλομένῳ ἐστίν.

Ὁμηριτῶν δὲ καταντικρὺ μάλιστα ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσιν, οἳ Αὐξωμῖται ἐπικαλοῦνται, ὅτι δὴ αὐτοῖς τὰ βασίλειά ἐστιν ἐν Αὐξώμιδι πόλει. καὶ θάλασσα, ἣ ἐν μέσῳ ἐστίν, ἀνέμου μετρίως ἐπιφόρου ἐπιπεσόντος ἐς πέντε ἡμερῶν τε

1. φύονται μόνοι AH. μόνοι φύονται HmP. *ibid.* Ἀβοχάραγος] Legebatur Ἀβοχάραβος. *Abocharalus* RV, qui infra hoc nomen omisit. 6. ἀβοχάραγος hic et infra A. Legebatur Ἀβοχάραβος.

racenorum illic degentium Abocharabus donavit Iustiniano Augusto; a quo Phylarchus Saracenis Palaestinis praepositus, regionem ab hostili vi intactam usque servavit nominis terrore sui, cum aeque apud hostes ut inter subditos Barbaros formidabilis strenuissimusque audiret. Et nunc quidem verbo tenus Palmeti dominus est Caesar; reipsa potiri nequit: quoniam tractus ille in medio plane desertus ac siti squalens, patet iter dierum decem, nec res ulla Palmetum commendat, nisi doni appellatio, quod nempe ipsum dederit Abocharabus, gratoque animo Caesar acceperit. Hactenus de Palmeto. Saracenos istos alii continenter excipiunt, Maaddeni denominati, qui mare accolunt sub ditione positi Homeritarum. Iis secundum littus succedunt ipsi Homeritae; his aliae atque aliae gentes, ad Saracenos usque anthropophagos; post denique Indi. Sed pro suo quisque sensu de his loquatur.

E regione Homeritarum, ulteriorem continentem habent Aethiopes Auxomitae, ita dicti de nomine urbis Auxomidis, ubi regia ipsorum est. Porro interfusum mare, ferente mediocriter vento, traiicitur diebus quin-

καὶ νυκτῶν διάπλουν διήκει. ταύτῃ γὰρ καὶ νύκτωρ ναυτίλλεσθαι νενομίκασιν, ἐπεὶ βράχος ἐνταῦθα οὐδαμῆ ἐστιν· αὕτη πρὸς ἐνίων ἡ θάλασσα ἐρυθρὰ κέκληται. τὰ γὰρ ταύτης ἐκτὸς ἐκπλέον- V 262 C τι ἄχρι ἐς τὴν ἠόνα καὶ Αἰλᾶν πόλιν Ἀραβικὸς ὠνόμασται κόλπος. χώρα γὰρ ἡ ἐνθένδε ἄχρι τῶν Γάζης πόλεως ὁρίων Ἀραβία τὸ παλαιὸν ὠνομάζετο, ἐπεὶ καὶ τὰ βασίλεια ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐν Πέτραις τῇ πόλει ὁ τῶν Ἀράβων βασιλεὺς εἶχεν. ὁ μὲν οὖν τῶν Ὁμηριτῶν ὅρμος, ἐξ οὗ ἀπαίροντες εἰώθασιν ἐς Αἰθίοπας πλέειν, Βουλικὰς ὀνομάζεται. διαπλεύσαντες δὲ ἀεὶ τὸ πέλαγος H 33 τοῦτο καταίρουσιν ἐς τῶν Ἀδουλιτῶν τὸν λιμένα. Ἄδουλις δὲ ἡ πόλις τοῦ μὲν λιμένος μέτρῳ εἴκοσι σταδίων διέχει· τοσούτῳ γὰρ διείργεται τὸ μὴ ἐπιθαλάσσιος εἶναι· πόλεως δὲ Αὐξώμιδος ὁδῷ ἡμερῶν δώδεκα.

Πλοῖα μέντοι ὅσα ἔν τε Ἰνδοῖς καὶ ἐν ταύτῃ τῇ θαλάσσῃ D ἐστὶν, οὐ τρόπῳ τῷ αὐτῷ ᾧπερ αἱ ἄλλαι νῆες πεποίηνται. οὐδὲ γὰρ πίσσῃ οὐδὲ ἄλλῳ ὁτῳοῦν χρίονται, οὐ μὴν οὐδὲ σιδήρῳ διαμπερὲς ἰόντι ἐς ἀλλήλας αἱ σανίδες ξυμπεπήγασιν, ἀλλὰ βρόχοις τισὶ ξυνδέδενται. αἴτιον δὲ οὐχ ὅπερ οἱ πολλοὶ οἴονται, πέτραι τινὲς ἐνταῦθα οὖσαι καὶ τὸν σίδηρον ἐφ' ἑαυτὰς ἕλκουσαι (τεκμήριον δέ· ταῖς γὰρ Ῥωμαίων ναυσὶν ἐξ Αἰλᾶ πλεούσαις ἐς θάλασσαν τήνδε, καίπερ σιδήρῳ πολλῷ ἡρμοσμέναις, οὔποτέ τι τοιοῦτο ξυνηνέχθη παθεῖν), ἀλλ' ὅτι οὔτε σίδηρον οὔτε ἄλλο

7. πέτραις AH. Πέτρᾳ P. Petra RV. 9. Βουλικὰς] βουλικᾶς L. 15. ᾧπερ] ὥσπερ A.

que ac noctibus totidem. Neque enim nox interrumpit ibi navigationem, propterea quod ea pars aequoris nulla habet omnino brevia. Fuere qui mare hoc Rubrum appellarent: quod autem inde usque ad oram et urbem Ailam enavigatur, sinum Arabicum ideo vocarunt, quia regio, quae hinc ad Gazae limites pertinet, nominata quondam fuit Arabia: immo Rex Arabum superioribus saeculis in urbe Petra habebat regiam. Nomen est Bulicas portui Homeritarum, unde qui solvunt petere Aethiopiam solent, et traiectu pelagi non intermisso, in portum Adulitarum appellunt, a quo stadiis xx. distat urbs Adulis: tanto nimirum spatio a mari retracta; ab urbe vero Auxomide dierum iter xii. dissita est.

In hoc autem atque Indico mari navigia, quaecunque sunt, a caeteris plane discrepant ratione compaginis. Nam nec pice, aliave re quapiam oblitae, nec ferreis clavis perfixae attextaeque tabulae, sed restibus quibusdam colligatae inter se cohaerent. Neque ea, quam multi putant, causa est, quod ibi sint scopuli, qui ferrum attrahant. Et sane argumento sunt Romanorum naves, quae quamvis ferro plurimo aptae, nihil unquam tale patiuntur, cum ex urbe Aila in hoc mare contendunt. Assignandum id potius ferri caeterarumque rerum ad fabricam idonea-

τι τῶν ἐς ταῦτα ἐπιτηδείων Ἰνδοὶ ἢ Αἰθίοπες ἔχουσιν. οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς Ῥωμαίων ὠνεῖσθαι τούτων τι οἷοί τέ εἰσιν, νόμῳ ἅπα- [P 59] σι διαρρήδην ἀπειρημένον. θάνατος γὰρ τῷ ἁλόντι ἡ ζημία ἐστί. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τῇ ἐρυθρᾷ καλουμένῃ θαλάσσῃ καὶ χώρᾳ ἣ αὐτῆς ἐφ' ἑκάτερά ἐστι ταύτῃ πῃ ἔχει.

Ἐκ δὲ Αὐξώμιδος πόλεως ἐς τὰ ἐπ' Αἰγύπτου ὅρια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, οὗ δὴ πόλις ἡ Ἐλεφαντίνη καλουμένη οἰκεῖται, τριάκοντα ὁδὸς ἡμερῶν ἐστιν εὐζώνῳ ἀνδρί. ἐνταῦθα ἔθνη τε ἄλλα πολλὰ ἵδρυται καὶ Βλέμυές τε καὶ Νοβάται, πολυανθρωπότατα γένη. ἀλλὰ Βλέμυες μὲν ταύτης δὴ τῆς χώρας ἐς τὰ μέσα ᾤκηνται, Νοβάται δὲ τὰ ἀμφὶ Νεῖλον ποταμὸν ἔχουσι. πρότερον δὲ οὐ ταῦτα ἐγεγόνει τὰ ἔσχατα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, [B] ἀλλ' ἐπέκεινα ὅσον ἑπτὰ ἡμερῶν ἑτέρων ἐπίπροσθεν· ἡνίκα δὲ ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ Διοκλητιανὸς ἐνταῦθα γενόμενος κατενόησεν ὅτι δὴ τῶν μὲν ἐκείνῃ χωρίων ὁ φόρος λόγου ἄξιος ὡς ἥκιστα ἦν, ἐπεὶ στενὴν μάλιστα τὴν γῆν ἐνταῦθα ξυμβαίνει εἶναι. πέτραι γὰρ τοῦ Νείλου οὐ πολλῷ ἄποθεν ὑψηλαὶ λίαν ἀνέχουσαι τῆς χώρας τὰ λοιπὰ ἔχουσι. στρατιωτῶν δὲ πάμπολύ τι πλῆθος ἐνταῦθα ἐκ παλαιοῦ ἵδρυτο, ὧνπερ ταῖς δαπάναις ὑπερφυῶς ἄχθεσθαι συνέβαινε τὸ δημόσιον· ἅμα δὲ καὶ οἱ Νοβάται ἀμφὶ πόλιν Ὄασιν ᾠκημένοι τὰ πρότερα ἦγόν τε καὶ ἔφερον ἅπαντα ἐς ἀεὶ τὰ ἐκείνῃ χωρία· τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους ἀνέπεισεν ἀνα- [C] στῆναι μὲν ἐξ ἠθῶν τῶν σφετέρων, ἀμφὶ ποταμὸν δὲ Νεῖλον ἱδρύσασθαι, δωρήσασθαι αὐτοὺς ὁμολογήσας πόλεσί τε μεγάλαις

1. ἐς ταῦτα] ἐν ταῦτα (sic) L. 3. ἀπειρημένον] ἀπειρημένῳ A.

rum penuriae, qua laborant Indi atque Aethiopes: quin ipsis eius generis merces a Romanis emendi facultas erepta est lege patria, quae sub poena capitis id nominatim vetat. Haec habui quae de mari Rubro et adiacentibus utrinque oris dicerem.

Ab Auxomide ad Elephantinen, urbem Romani imperii limitaneam in Aegypto, tantum est viae quantum diebus xxx. vir expeditus conficiat. Hic cum alii, tum Blemyes et Nobatae habitant, gentes admodum populosae: sed Nili ripam Nobatae, interiorem regionem Blemyes obtinent. Submotior olim erat imperii limes itinere dierum VII. Ibi cum esset Diocletianus Augustus, vidissetque tenuissimum inde capi vectigal, quod arva illic angustissime circumscripta sint vicinitate scopulorum Nili ingentium, qui reliquam late regionem occupant; iamque a longinquo aevo magnam vim militum in praesidiis ibidem esse, unde aerarium graviter premeretur; ad haec solere Nobatas, qui urbem Oasin circumcolebant, in iis partibus agere et ferre omnia; Barbaros demum istos perpulit, ut relictis antiquis sedibus novas ad Nilum figerent, urbes magnas magnamque

καὶ χώρᾳ πολλῇ τε καὶ διαφερόντως ἀμείνονι ἧπερ τὰ πρότερα ᾤκηντο. οὕτω γὰρ ᾤετο αὐτούς τε οὐκέτι τά γε ἀμφὶ τὴν Ὄασιν ἐνοχλήσειν χωρία καὶ γῆς τῆς σφίσι διδομένης μεταποιουμένους, ἅτε οἰκείας οὔσης, ἀποκρούεσθαι Βλέμυάς τε, ὡς τὸ εἰκός, καὶ βαρβάρους τοὺς ἄλλους. ἐπεί τε τοὺς Νοβάτας ταῦτα ἤρεσκε, τήν τε μετανάστασιν αὐτίκα δὴ μάλα πεποίηντο, ᾗπερ ὁ Διοκλητιανὸς σφίσιν ἐπέστελλε, καὶ Ῥωμαίων τάς τε πόλεις καὶ χώραν ξύμπασαν ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλεως ἔσχον. D *τότε δὴ ὁ βασιλεὺς οὗτος αὐτοῖς τε καὶ Βλέμυσιν ἔταξε δίδοσθαι ἀνὰ πᾶν ἔτος ῥητόν τι χρυσίον ἐφ᾽ ᾧ μηκέτι γῆν τὴν Ῥωμαίων λῄσωνται. ὅπερ καὶ ἐς ἐμὲ κομιζόμενοι οὐδέν τι ἧσσον καταθέουσι τὰ ἐκείνῃ χωρία. οὕτως ἄρα βαρβάρους ἅπαντας οὐδεμία μηχανὴ διασώσασθαι τὴν ἐς Ῥωμαίους πίστιν ὅτι μὴ δέει τῶν ἀμυνομένων στρατιωτῶν. καίτοι καὶ νῆσόν τινα ἐν ποταμῷ Νείλῳ ἄγχιστά πη τῆς Ἐλεφαντίνης πόλεως εὑρὼν ὁ βασιλεὺς οὗτος, φρούριόν τε ταύτῃ δειμάμενος ἐχυρώτατον, κοινούς τινας ἐνταῦθα νεώς τε καὶ βωμοὺς Ῥωμαίοις τε καὶ τούτοις δὴ κατεστήσατο τοῖς βαρβάροις, καὶ ἱερεῖς ἑκάστων ἐν τῷ φρουρίῳ τούτῳ ἱδρύσατο, ἐν τῷ βεβαίῳ τὴν φιλίαν αὐτοῖς ἔσεσθαι τῷ μετέχειν* V 263 *τῶν ἱερῶν σφίσιν οἰόμενος. διὸ δὴ καὶ Φίλας ἐπωνόμασε τὸ χωρίον. ἄμφω δὲ ταῦτα τὰ ἔθνη, οἵ τε Βλέμυες καὶ οἱ Νο-*

6. *πεποίηντο* AHL. *πεποίηνται* P. 11. *λῄσωνται* A. *λῄσονται* P. 13. *οὐδεμία μηχανὴ*] *οὐδεμιᾷ μηχανῇ* HL. *οὐδεμιᾷ μηχανῇ οἷόν τε* P, quod ex Hoeschelii annotatione ductum videtur, qui aut *οὐδεμία μηχανὴ* scribi voluerat, quod ego recepi, aut addi *οἷόν τε.* 21. *ταῦτα* L. *τούτω* P.

regionem et ea, quam tum haberent, multo beatiorem attributurum se illis pollicitus. Quo se effecturum sperabat, ut infesta nunquam haberent circumiecta Oasi loca, et ad donatum sibi agrum translati, ex eo, quippe iam suo, Blemyas, ut par esset, caeterosque Barbaros prohiberent. Haec lubentibus animis amplexi Nobatae, ad Diocletiani praescriptum migrarunt statim, et usque ab Elephantine Romana oppida et praetentos utrinque fluvio agros occuparunt. Illis quoque ac Blemybus idem Imperator certum in annos singulos auri modum assignavit, ea lege, ne Romanos vexarent latrociniis. At licet solvatur ipsis etiamnum pensio, nihilo secius in vicinos grassantur. Hoc nempe sunt ingenio omnes Barbari, ut in data Romanis fide contineri nulla re possint, nisi militis ipsorum cervicibus imminentis metu. Tametsi in quadam Nili insula, proxime Elephantinen, validissimum castrum Diocletianus extruxerat, ibique templa atque aras posuerat Romanis Barbarisque illis communes, sub cura Flaminum, qui ex utrisque assumpti erant, ratus communione sacrorum sanctissime constituram inter ipsos amicitiam: unde locum appellavit Philas. Utrique autem, Blemyes inquam ac Nobatae, cum alios

βᾶται, τούς τε ἄλλους θεοὺς, οὕσπερ Ἕλληνες νομίζουσι πάν-
P 60 τας, καὶ τήν τε Ἶσιν τόν τε Ὄσιριν σέβουσι, καὶ οὐχ ἥκιστά γε
τὸν Πρίαπον. οἱ μέντοι Βλέμυες καὶ ἀνθρώπους τῷ ἡλίῳ θύειν
εἰώθασι. ταῦτα δὲ τὰ ἐν Φίλαις ἱερὰ οὗτοι δὴ οἱ βάρβαροι καὶ
ἐς ἐμὲ εἶχον, ἀλλὰ βασιλεὺς αὐτὰ Ἰουστινιανὸς καθελεῖν ἔγνω.
Ναρσῆς γοῦν, Περσαρμένιος γένος, οὗ πρόσθεν ἅτε ηὐτομοληκό-
H 34 τος ἐς Ῥωμαίους ἐμνήσθην, τῶν ἐκείνῃ στρατιωτῶν ἄρχων τά τε
ἱερὰ καθεῖλε, βασιλέως οἱ ἐπαγγείλαντος, καὶ τοὺς μὲν ἱερεῖς ἐν
φυλακῇ ἔσχε, τὰ δὲ ἀγάλματα ἐς Βυζάντιον ἔπεμψεν. ἐγὼ δὲ
ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον ἐπάνειμι.

B κ'. Ὑπὸ τοὺς χρόνους τοῦ πολέμου τοῦδε Ἑλλησθεαῖος ὁ
τῶν Αἰθιόπων βασιλεὺς, Χριστιανός τε ὢν καὶ δόξης τῆσδε ὡς
μάλιστα ἐπιμελούμενος, ἐπειδὴ Ὁμηριτῶν τῶν ἀντιπέρας ἠπείρῳ
ἔγνω πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους ὄντας, πολλοὺς δὲ δόξαν τὴν πα-
λαιὰν σέβοντας, ἣν δὴ καλοῦσιν Ἑλληνικὴν οἱ νῦν ἄνθρωποι,
ἐπιβολῇ μέτρον οὐκ ἐχούσῃ ἐς τοὺς ἐκείνῃ Χριστιανοὺς χρῆσθαι,
στόλον τε νηῶν καὶ στράτευμα ἀγείρας ἐπ' αὐτοὺς ἦλθε, καὶ μά-
χῃ νικήσας τόν τε βασιλέα καὶ τῶν Ὁμηριτῶν πολλοὺς ἔκτεινεν,
C ἄλλον τε αὐτόθι Χριστιανὸν βασιλέα καταστησάμενος, Ὁμηρίτην
μὲν γένος, ὄνομα δὲ Ἐσιμιφαῖον, φόρον τε αὐτῷ τάξας Αἰθίοψι
φέρειν ἀνὰ πᾶν ἔτος, ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησε. τούτου τοῦ Αἰθιό-
πων στρατοῦ δοῦλοί τε πολλοὶ καὶ ὅσοι ἐπιτηδείως ἐς τὸ κακουρ-

11. ἑλλησθεαῖος HL. Ἐλλισθεαῖος P. *Hellisthaeus* hic et infra RV. 13. τῶν ἀντιπέρας ἠπείρῳ AHL. τῶν τῆς ἀντιπέρας ἠπείρου P. 17. ἀγείρας] ἐγείρας H. 20. „Ἐσιμφαῖον Reg." Malt. Ἐσιμιφαῖον P, et infra constanter Ἐσιμιφ—. Quod legit RV.

Gentilium Deos, tum Isin et Osirin Priapumque inprimis venerantur: sed et Solem Blemyes humanis hostiis colunt. Ea Philarum templa cum ad nostram aetatem Barbari tenuissent, Iustinianus Aug. illa excindere constituit. Itaque Narses Persarmenus, cuius ad Romanos transfugium supra memoravi, quo tempore praesidio illic imposito praeerat, fana iussu Imperatoris evertit, et coniectis in carcerem sacerdotibus, deorum simulachra Byzantium misit. Ego vero ad institutam antea narrationem revertor.

20. Sub tempora huiusce cum Persis belli, Hellestheaeus Aethiopiae Rex, Christianae religionis cultor eximius, cum audiisset Homeritarum, qui in adversa continente degunt, non paucos genere Iudaeos, multos etiam priscae superstitioni, quam hodie Graecanicam vocant, addictos, illius orae Christianis tributa supra modum imponere, classe copiisque collectis, eo bellum portavit, commissoque praelio victor, magnum Homeritarum numerum, ipsumque adeo Regem vita spoliavit. In eius locum subrogato Esimiphaeo, Christiano et Homerita, sub ea tamen conditione ut tributum annuum Aethiopibus penderet, domum rediit. Ab-

γεῖν εἶχον τῷ μὲν βασιλεῖ ἕπεσθαι οὐδαμῇ ἤθελον, αὐτοῦ δὲ ἀπολειπόμενοι ἔμενον ἐπιθυμίᾳ τῆς Ὁμηριτῶν χώρας· ἀγαθὴ γὰρ ὑπερφυῶς ἐστιν.

Οὗτος ὁ λεὼς χρόνῳ οὐ πολλῷ ὕστερον ξὺν ἑτέροις τισὶν
Ἐσιμφαίῳ τῷ βασιλεῖ ἐπαναστάντες αὐτὸν μὲν ἔν τινι τῶν ἐκείνῃ D
φρουρίων καθεῖρξαν, ἕτερον δὲ Ὁμηρίταις βασιλέα κατεστήσαν-
το, Ἄβραμον ὄνομα. ὁ δὲ Ἄβραμος οὗτος Χριστιανὸς μὲν ἦν,
δοῦλος δὲ Ῥωμαίου ἀνδρὸς, ἐν πόλει Αἰθιόπων Ἀδούλιδι ἐπὶ τῇ
κατὰ θάλασσαν ἐργασίᾳ διατριβὴν ἔχοντος. ἃ δὴ Ἑλλησθεαῖος
μαθὼν τίσασθαί τε Ἄβραμον ὁμοῦ τοῖς ξὺν αὐτῷ ἐπαναστᾶσι
τῆς ἐς τὸν Ἐσιμφαῖον ἀδικίας ἐν σπουδῇ ἔχων, στράτευμά τε P 61
τρισχιλίων ἀνδρῶν καὶ ἄρχοντα τῶν τινα ξυγγενῶν τῶν αὐτοῦ
ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν. οὗτος ὁ στρατὸς οὐκέτι ἐθέλοντες ἐπ' οἶ-
κον ἐπανιέναι, ἀλλ' αὐτοῦ ἐν χώρᾳ ἀγαθῇ μένειν, κρύφα τοῦ
ἄρχοντος τῷ Ἀβράμῳ ἐς λόγους ἦλθον, ἔς τε ξυμβολὴν κατα-
στάντες τοῖς ἐναντίοις, ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐγένοντο, κτείναντες τὸν
ἄρχοντα τῷ τε τῶν πολεμίων στρατῷ ἀνεμίγνυντο καὶ αὐτοῦ ἔμενον.
θυμῷ δὲ πολλῷ Ἑλλησθεαῖος ἐχόμενος καὶ ἄλλο στράτευμα ἐπ' αὐ-
τοὺς ἔπεμψεν, οἳ δὴ τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἄβραμον ἐς χεῖρας ἐλθόντες
παρὰ πολύ τε ἡσσηθέντες τῇ μάχῃ ἐπ' οἴκου εὐθὺς ἀνεχώρησαν.
δείσας δὲ τὸ λοιπὸν ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεὺς ἐπὶ τὸν Ἄβραμον B
οὐκέτι ἐστράτευσεν. Ἑλλησθεαίου δὲ τελευτήσαντος φόρους
Ἄβραμος ὡμολόγησε φέρειν τῷ μετ' αὐτὸν τὴν Αἰθιόπων βασι-

4. ὁ addidi ex A. 9. ἑλλησθεαῖος L. Ἑλλισθεαῖος HP. 12. αὐτοῦ] αὐτοῦ HL.

euntem sequi noluerunt multi e servitiis exercitus et quicunque erant ad facinus praedamque nati: quos cepit ac tenuit singularis felicitas regionis Homeritarum.

Haud multo post, turba haec et colluvies aliique nonnulli conflata in Esimiphaeum Regem seditione, eum in castellum incluserunt, regnumque Homeritarum detulerunt Abramo, Christiano illi quidem, at servo Romani cuiusdam institoris, qui apud Aethiopes in urbe Adulite commercii maritimi gratia morabatur. Quod ubi Hellestheaeus accepit, illatae Esimiphaeo iniuriae poenas ex Abramo ac participibus rebellionis sumere cupidissime festinans, tria pugnatorum millia adversum illos expediit, Duce e regia propinquitate lecto. At hi quoque patriae renuntiantes, ut in regione perbona habitarent, clam cum Abramo egerunt, insciente duce, quem et postea, ubi in aciem contra hostes educti iniere pugnam, necarunt, mox facta transitione, ibi manserunt. His graviter exulceratus Hellestheaeus, confestim eodem destinavit exercitum alterum: qui demum cum Abramo congressus magnam accepit cladem, et foede mutilatus in patriam ocyus renavigavit. Metu deinceps cautior Aethiopiae Rex Abramo bellum inferre desiit. Defuncto Hellestheaeo, tributum pactus est

λείαν παραλαβόντι, οὕτω τε τὴν ἀρχὴν ἐκρατύνατο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ ἐγένετο.

V 264 Τότε δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν μὲν Αἰθίοψι βασιλεύοντος Ἑλλησθεαίου, Ἐσιμφαίου δὲ ἐν Ὁμηρίταις, πρεσβευτὴν Ἰουλιανὸν ἔπεμψεν, ἀξιῶν ἄμφω Ῥωμαίοις διὰ τὸ τῆς δόξης ὁμόγνωμον Πέρσαις πολεμοῦσι ξυνάρασθαι, ὅπως Αἰθίοπες μὲν ὠνούμενοί τε τὴν μέταξαν ἐξ Ἰνδῶν, ἀποδόμενοι δὲ αὐτὴν ἐς Ῥωμαίους, αὐτοὶ μὲν κύριοι γένωνται χρημάτων μεγάλων, Ῥωμαίους C δὲ ποιήσωσι τοῦτο κερδαίνειν μόνον, ὅτι δὴ οὐκέτι ἀναγκασθήσονται τὰ σφέτερα αὐτῶν χρήματα ἐς τοὺς πολεμίους μετενεγκεῖν — αὕτη δέ ἐστιν ἡ μέταξα, ἐξ ἧς εἰώθασι τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες Μηδικὴν ἐκάλουν, τανῦν δὲ σηρικὴν ὀνομάζουσιν· — Ὁμηρῖται δὲ ὅπως Καϊσὸν τὸν φυγάδα φύλαρχον Μααδδηνοῖς καταστήσωνται καὶ στρατῷ μεγάλῳ αὐτῶν τε Ὁμηριτῶν καὶ Σαρακηνῶν τῶν Μααδδηνῶν ἐσβάλωσιν ἐς τὴν Περσῶν γῆν. (ὁ δὲ Καϊσὸς οὗτος γένους μὲν ἦν τοῦ φυλαρχικοῦ καὶ διαφερόντως ἀγαθὸς τὰ πολέμια, τῶν δέ τινα Ἐσιμφαίου ξυγγενῶν κτείνας εἰς γῆν ἔφευγεν, ἣ δὴ ἔρημος παντάπα- D σιν ἀνθρώπων ἐστίν.) ἑκάτερος μὲν οὖν τὴν αἴτησιν ὑποσχόμενος ἐπιτελῆ ποιήσειν τὸν πρεσβευτὴν ἀπεπέμψατο, ἔδρασε δὲ αὐτοῖν τὰ ὡμολογημένα οὐδέτερος. τοῖς τε γὰρ Αἰθίοψι τὴν μέταξαν

1. ἐκρατύνατο] ἐκρατύνετο L. 7. ἀποδόμενοι Suidas s. v. σηρική. Vulgo ἀποδιδόμενοι. 8. χρημάτων μεγάλων] μεγάλων χρημάτων Suidas. 11. εἰώθασι] εἰώθεσαν Suidas. 12. τανῦν δὲ] τὰ δὲ νῦν Suidas. 13. Καϊσὸν — Καϊσὸς] Carsum — Carsus RV. 18. εἰς γῆν ἔφευγεν A. ἔφευγεν εἰς γῆν P.

Abramus eius successori, itaque asseruit sibi regnum. Sed haec recentiora sunt.

Quo autem tempore Hellestheaeus regnabat in Aethiopia, parebantque Homeritae Esimiphaeo, Iulianum ad eos legavit Iustinianus Aug. per ipsum ab utroque petens, ut pro religionis communione, qua cum Romanis devincti essent, illos cum Persis gerentes bellum iuvarent: atque Aethiopes quidem sericum, ex quo vestis conficitur, quae olim dicta a Graecis Medica, nunc serica appellatur, sericum inquam ab Indis emerent, ac postea Romanis venum id darent, quo et sibi pararent ingentem pecuniam et lucrum hoc unum afferrent Romanae genti, ne ad hostes cogeretur aurum suum transferre: Homeritae vero Caisum patria profugum Maaddenis Phylarchum praeponerent, et cum valido exercitu ex Saracenis illis suaque gente conflato in Persidem irrumperent. Vir erat Caisus Phylarchico sanguine prognatus, et bellica virtute praestans: at quoniam propinquum occiderat Esimiphaei, vitam fugae solitudinique mandarat. Uterque sane Rex postulatis annuit, eaque se facturum pollicitus legatum remisit liberaliter: tamen promissa et conventa neuter implevit. Nec vero fieri poterat, ut ab Indis Aethiopes sericum merca-

ὠνεῖσθαι πρὸς τῶν Ἰνδῶν ἀδύνατον ἦν, ἐπεὶ ἀεὶ οἱ Περσῶν ἔμποροι πρὸς αὐτοῖς τοῖς ὅρμοις γενόμενοι (οὗ δὴ τὰ πρῶτα αἱ τῶν Ἰνδῶν νῆες καταίρουσιν, ἅτε χώραν προσοικοῦντες τὴν ὅμορον) ἅπαντα ὠνεῖσθαι τὰ φορτία εἰώθασι, καὶ τοῖς Ὁμηρίταις χαλεπὸν ἔδοξεν εἶναι χώραν ἀμειψαμένοις ἐρημόν τε καὶ χρόνου πολλοῦ H 35 ὁδὸν κατατείνουσαν ἐπ' ἀνθρώπους πολλῷ μαχιμωτέρους ἰέναι. ἀλλὰ καὶ Ἄβραμος ὕστερον, ὅτε δὴ τὴν ἀρχὴν ὡς ἀσφαλέστατα ἐκρατύνατο, πολλάκις μὲν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ὡμολόγησεν ἐς γῆν τὴν Περσίδα ἐσβάλλειν, ἅπαξ δὲ μόνον τῆς πορείας ἀρξάμε- P 62 νος ὀπίσω εὐθὺς ἀπεχώρησε. τὰ μὲν οὖν Αἰθιόπων τε καὶ Ὁμηριτῶν ταύτῃ Ῥωμαίοις ἐχώρησεν.

κα'. Ἑρμογένης δὲ τότε, ἐπειδὴ τάχιστα ἡ πρὸς τῷ Εὐ- B φράτῃ μάχη ἐγένετο, παρὰ Καβάδην ἐπὶ πρεσβείαν ἥκων, ἐπέραινεν οὐδὲν τῆς εἰρήνης πέρι, ἧς ἕνεκα ἦλθεν, ἐπεὶ αὐτὸν οἰδαίνοντα ἔτι ἐπὶ Ῥωμαίους εὗρε· διὸ δὴ ἄπρακτος ἀνεχώρησε. καὶ Βελισάριος βασιλεῖ ἐς Βυζάντιον μετάπεμπτος ἦλθε περιῃρημένος ἣν εἶχεν ἀρχὴν, ἐφ' ᾧ ἐπὶ Βανδίλους στρατεύσειεν. Σίττας δὲ, Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τοῦτο δεδογμένον, ὡς φυλάξων τὴν ἑῴαν ἐνταῦθα ἦλθε. καὶ Πέρσαι αὖθις στρατῷ πολλῷ ἐς Μεσοποταμίαν, Χαναράγγου τε καὶ Ἀσπεβέδου καὶ Μερμερόου ἡγουμένων σφίσιν, ἐσέβαλον. ἐπεί τε αὐτοῖς ἐτόλμα οὐδεὶς ἐς χεῖρας ἰέναι, Μαρτυρόπολιν ἐγκαθεζόμενοι ἐπολιόρκουν, οὗ δὴ Βούζης τε καὶ C Βέσας τεταγμένοι ἐπὶ τῇ φυλακῇ ἐτύγχανον. αὕτη δὲ κεῖται μὲν

4. *χαλεπὸν — κατατείνουσαν*] Suidas s. v. *κατατείνουσαν*. 8. *ἐκρατύνατο*] *ἐκρατύνετο* L. 20. *Ἀσπεβέδου*] Legebatur *Ἀπεβέδου*. *Aspebedo* RV. Vide supra p. 51, 1. 23. *Βέσας*] *Bessas* RV.

rentur, siquidem institores Persae illis portubus propter vicinitatem imminentes, ad quos Indi prius appellunt, merces omnes emere plerumque occupant. Homeritis autem grave visum est, per solitudines agere longinquum iter, ac demum in eius exitu gentem multo bellicosiorem invadere. Quin etiam postea Abramus ipse, cum regnum sibi stabilisset, se in Persidem eruptionem facturum Iustiniano saepe spopondit: verum ingressus viam, idque semel tantum, extemplo reversus est. Ita demum cessit Romanis missa ad Aethiopes et Homeritas Legatio.

21. Statim ut ad Euphratem pugnatum est, Legatus ad Cabadem profectus Hermogenes, cum ipsum adhuc in Romanos ira tumidum offendisset, pace, cuius ergo venerat, infecta rediit. Belisarium Augustus Byzantium revocavit, et a potestate, quam gerebat, amovit, ut praeesset expeditioni Vandalicae. Tunc Sittas tuendi Orientis munere suscepto, de sententia Iustiniani eo sese contulit. Quando Persae denuo in Mesopotamiam se iniecerunt, magnas eorum copias Chanarange, Aspebede, Mermeroeque ducentibus: ac nemine cum ipsis audente congredi, Martyropolin, cuius praesidio Buzes ac Besas praeerant, obsederunt. Urbs

ἐν τῇ Σοφανηνῇ καλουμένῃ χώρᾳ, πόλεως Ἀμίδης τεσσαράκοντά
τε καὶ διακοσίοις σταδίοις διέχουσα πρὸς βορρᾶν ἄνεμον· πρὸς
αὐτῷ δὲ Νυμφίῳ τῷ ποταμῷ ἐστιν, ὃς τήν τε Ῥωμαίων γῆν καὶ
Περσῶν διορίζει. οἱ μὲν οὖν Πέρσαι τῷ περιβόλῳ προσέβαλλον,
οἱ δὲ πολιορκούμενοι κατ' ἀρχὰς μὲν αὐτοὺς ἀνδρείως ὑφίσταν-
το, οὐ διὰ πολλοῦ δὲ ἀνθέξειν ἐπίδοξοι ἦσαν. ὅ τε γὰρ περίβο-
λος ἐπιμαχώτατος ἦν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον καὶ πολιορκίᾳ Περσῶν
ῥᾷστα ἁλώσιμος, αὐτοί τε τὰ ἐπιτήδεια οὐ διαρκῶς εἶχον, οὐ
μὴν οὐδὲ μηχανὰς οὐδέ τι ἄλλο ἀξιόχρεων καθ' ὅ τι ἀμύνονται.
Σίττας δὲ καὶ ὁ Ῥωμαίων στρατὸς ἐς χωρίον μὲν Ἀτταχὰς ἦλ-
D θον, Μαρτυροπόλεως ἑκατὸν σταδίοις διέχον, ἐς τὰ πρόσω δὲ
οὐκ ἐτόλμων ἰέναι, ἀλλ' αὐτοῦ ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἔμενον.
V 265 ξυνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Ἑρμογένης αὖθις ἐπὶ πρεσβείᾳ ἐκ Βυζαντίου
ἥκων. ἐν τούτῳ δὲ τοιόνδε τι ξυνηνέχθη γενέσθαι.

Κατασκόπους ἐκ παλαιοῦ ἔν τε Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις δη-
μοσίᾳ σιτίζεσθαι νόμος, οἳ δὴ λάθρα ἰέναι παρὰ τοὺς πολεμίους
εἰώθασιν, ὅπως περισκοπήσαντες ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ πρασσόμενα
εἶτα ἐπανιόντες τοῖς ἄρχουσιν ἐσαγγέλλωσι. τούτων πολλοὶ μὲν
εὐνοίᾳ, ὡς τὸ εἰκός, χρῆσθαι εἰς τοὺς ὁμογενεῖς ἐν σπουδῇ ἔχου-
P 63 σι, τινὲς δὲ καὶ τοῖς ἐναντίοις προΐενται τὰ ἀπόρρητα. τότε οὖν
ἐκ Περσῶν κατάσκοπός τις ἐς Ῥωμαίους σταλεὶς ἐς ὄψιν τε
Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ἥκων, ἄλλα τε πολλὰ ἐξεῖπεν ἐν τοῖς βαρ-

21. ἐς Ῥωμαίους] „Reg. ἐς Ῥωμαίων. supple γῆν." MALT. *contra Romaeos* RV.

haec in Sophanene sita, distat Amida stadiis CCXL. ad Septentrionem, fluvioque alluitur Nymphio, qui ab agro Persico Romanum dividit. Igitur Persae ad oppugnanda moenia se adhibuerunt: quorum etsi impetum viriliter initio excipiebant obsessi; tamen constans erat opinio non restituros diu. Nam et murus multis in locis expugnabilis vi atque impressione Persarum facile poterat occupari, nec iusta annonae copia, nec machinae, neque aliud quidquam ad propugnationem idoneum inclusis suppetebat. Sittas ac Romanus exercitus castra Attachis centesimo a Martyropoli stadio metati, neque ausi accedere propius, ibi se continebant, et Byzantio missus iterum Legatus Hermogenes una aderat. Res interea contigit, quam modo referam.

ιη'. Γνοὺς δὲ Βελισάριος κατὰ τάχος ὑπηντίαζε, στράτευμα Ἰσαύρων καὶ Ἀρέθαν τὸν τῶν παρὰ Ῥωμαίοις Σαρακηνῶν V 280 βασιλέα ἅμα τοῦ οἰκείου συνεπαγόμενος λαοῦ. Ἀλαμούνδαρος C δὲ καὶ Ἀζαρέθης ὀρρωδήσας ἐπ' οἴκου ἀπεχώρει· καὶ Βελισάριος εἵπετο, οὔτι ἐς χεῖρας ἐλθεῖν προαιρούμενος, τὴν δίωξιν δὲ σχηματιζόμενος. ἀλλά τό γε πλῆθος ἐλοιδορεῖτο αὐτῷ, πρῶτον μὲν οὐκ εἰς τὸ ἐμφανές, ἐπεὶ δὲ ἐμφανῶς ἐκάκιζον, ἄκων συγκροτεῖ τὸν πόλεμον. καὶ τὰ μὲν πρῶτα πιπτόντων ἑκατέρωθεν ἀγχώμαλος ἡ μάχη ἐγένετο, ἔπειτα δὲ τραπέντος τοῦ περὶ Ἀρέθαν λαοῦ καὶ τῶν Ἰσαύρων κατὰ κράτος ἐνίκων Πέρσαι. καὶ εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ἵππου καταβὰς Βελισάριος τοῖς καταλελειμμένοις συνετάττετο καὶ D ἠμύνετο, ἅπαντες ἂν διεφθάρησαν. Ἀζαρέθης μέντοι ὁ Περσῶν στρατηγὸς ὑποστρέψας πρὸς Καβάδην οὐκ ἀπώνατο τῆς νίκης· πολλοὺς γὰρ ἦν καὶ αὐτὸς ἀποβαλὼν ἐν τῇ μάχῃ, εἰ καὶ

4. ὃς add. Bess. 6. ταύτῃ Bekkerus ex apographo Stephani. ταύτης P. 7. Βελισάριος] Βελισσάριος P hic et paullo post. 9. τοῦ οἰκείου — λαοῦ Bess. τῷ οἰκείῳ — λαῷ P. 11. οὔτι Bess. οὔτε P. 13. ἐμφανῶς Bess. φανερῶς P. 16. κατὰ κράτος ἐνίκων Πέρσαι Bess. ἐνίκων Πέρσαι κατακράτος P. 19. πρὸς Bess. εἰς P.

17. Cabades amisso utroque exercitu, animi pendebat. Sed Alamundarus Persicorum Saracenorum Rex, vir bello acer ac strenuus, res Romanorum valde infregit annis quinquaginta. Hic Cabadi suggessit Antiochiam praesidio nudatam finitimaque invaderet.

18. Belisarius, re cognita, quam maturrime occurrit, eductis Isaurorum copiis, et Aretha Romanarum partium Saracenorum Rege, qui suam ipse gentem ductabat. Alamundarus vero et Azarethes metu percussus retro domum se recepit. Et Belisarius pone sequebatur, non tam cum hoste manus conserere cupidus, quam ut eum insequi se fingeret. Donec multis vulgi convitiis primum quidem clam, deinde etiam palam lacessitus, invitus ad pugnam descendit. Cadentibus initio multis utrinque ac caesis, anceps diu pugna fuit. Versis dehinc in fugam Arethae copiis atque Isauris, a Persis summa virtute pugnantibus victoria stetit: ut nisi ex equo ad pedes Belisarius desiliisset, ac reliquis sese adiungendo auxilium attulisset, debellatum eo die esset, caesique ad unum omnes internecione fuissent. Attamen Azarethes Persarum dux domum ad Cabadem reversus, victoriae fructum non tulit. Suorum enim multos

πολὺ πλείους τῶν ἀντιπάλων διεφθάρησαν· διὸ ἐν τοῖς ἀτίμοις ἐτέλει.

κα'. Ὅτι Βελισάριον ὁ βασιλεὺς εἰς Βυζάντιον μετακαλεσάμενος, ἐφ' ᾧ ἐπὶ Βανδίλους στρατεύσειε, Σίτταν φυλάξοντα
P 86 τὴν ἑῴαν ἀπέστειλεν, ἐν ᾧ καὶ Πέρσαι κατὰ Ῥωμαίων ἐσβάλλουσι. καὶ Καβάδου τελευτήσαντος ὁ παῖς Χοσρόης τὴν βασιλείαν ἐκδέχεται.

κβ'. Ῥουφῖνος δὲ καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Θωμᾶς σὺν Ἑρμογένει παρὰ Χοσρόην παραγίνονται ἐπὶ πρεσβείαν· οἷς τὴν εἰρήνην ἀπέραντον ἔφησε θέσθαι, δέκα καὶ ἑκατὸν κεντηναρίοις. ἀλλὰ τότε μὲν ἄπρακτοι διελύθησαν, ὕστερον δὲ τὴν ἀπέραντον εἰρήνην ἐσπείσαντο, ἕκτον ἤδη ἔτος τὴν βασιλείαν Ἰουστινιανοῦ ἔχοντος. καὶ Ῥωμαῖοι μὲν τά τε χρήματα καὶ τὸ Φαράγγιον καὶ Βῶλον τὸ φρούριον Πέρσαις παρέδοσαν, Πέρσαι δὲ Ῥωμαίοις τά τε Λαζικῆς ὅρια καὶ Δάγαριν, ἄνδρα ἀγαθὸν τὰ πολέμια, ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον κεκομισμένοι οὐκ ἀφανῆ ἄνδρα.

B κγ'. Εὐθὺς μέντοι ἑκατέρῳ βασιλεῖ ἐπιβουλὴν ξυνηνέχθη γενέσθαι πρὸς τῶν ὑπηκόων. καὶ Χοσρόην μὲν ἅτε θορυβώδη καὶ ἄτακτον ὁ Περσῶν μισήσας λεὼς, Καβάδην τὸν Ζάμου τοῦ ἀδελφοῦ παῖδα βασιλέα σφίσιν ἐβουλεύσαντο στήσασθαι. ἀλλὰ

4. βανδίλους Bess. Βανδάλους P. ibid. Σίτταν] Σίταν P. 15. δάγαριν Bess. Δαγάρην P. 16. δὲ καὶ ἕτερον P. δὲ καὶ om. Bess. 19. λεὼς Bess. λαὸς P.

in praelio amiserat; licet adversariorum plures cecidissent. Quamobrem inhonoratis adnumeratus est.

21. Evocat Constantinopolim Iustinianus Imp. Belisarium, ut inde in Vandalos expeditionem suscipiat; Orientique custodem Sittam imposuit. Hisce temporibus et Persae cum Romanis concurrerunt, et Cabade mortuo, filius Chosroes regni habenas suscepit.

22. Missi ergo ad eum legati Rufinus, Alexander, Thomas et Hermogenes, quibus pacem velle se facere dixit perpetuam, si modo darent centenaria centum ac decem. Verum re tum infecta discesserunt: nec nisi postea constituta pactaque pax illa perpetua, imperante sextum iam annum Iustiniano. Per eam Romani pecunias, Pharangium, et Bolum arcem Persis reddiderunt: et hi vicissim Romanis Lazorum in finibus oppida, et Dagarem virum bello strenuum, recepto pro eo et altero non ignobili viro, remiserunt.

23. Mox utrique Imperatori structae insidiae a subditis. Chosroen quidem ut turbulenti intemperantisque ingenii virum Persae invisum cum haberent, Cabaden, Zamae fratris eius filium, Regem sibi facere con-

γνοὺς ὁ Χοσρόης Ζάμην τε τὸν ἀδελφὸν καὶ τοὺς ἄλλους ἀδελφοὺς ἅμα τῶν μετασχόντων τῆς βουλῆς ἀνελὼν τὴν στάσιν ἔπαυσε. Καβάδης δὲ ὁ Ζάμου, κομιδῇ νέος ὤν, προνοίᾳ Χαναράγγου τοῦ Ἀδεργουδουνβάδου διέφυγε τὸν θάνατον. καὶ ὁ Χαναράγγης ὕστερον διὰ τοῦτο ὑπὸ Χοσρόου ἀνῄρηται.

κδ΄. Ἰουστινιανῷ δὲ ὁ δῆμος ἐπιβουλεύων Ὑπάτιον ἄκοντα, τὸν Ἀναστασίου τοῦ βεβασιλευκότος ἀδελφιδοῦν, βασιλέα σφῶν ἀνηγόρευσαν, ἀρξάμενοι τῆς ἐπιβουλῆς καὶ τῆς στάσεως C ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ἱπποδρομίοις ἔριδος. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς Βελισαρίῳ τε καὶ Μούνδῳ τοῖς στρατηγοῖς χρώμενος, τόν τε Ὑπάτιον καθεῖλε καὶ πολλοὺς τῶν στασιωτῶν ἀνεῖλεν, ἄχρι καὶ ἐς τρεῖς μυριάδας τοῦ ἀναιρεθέντος λαοῦ συντελοῦντος. συνέπραττον δὲ τῷ βασιλεῖ Βοραΐδης καὶ Ἰοῦστος, οἱ αὐτοῦ ἀνεψιοί.

κε΄. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ λόγῳ περὶ Τριβωνιανοῦ τοῦ ἐκ Παμφυλίας ἕλκοντος τὸ γένος διέξεισιν, ὃς τὴν τοῦ κοιαίστωρος διεῖπεν ἀρχήν, περί τε τῆς φιλοχρηματίας καὶ τῆς ἄλλης αἱμυλίας. καὶ περὶ Ἰωάννου τοῦ ἐπάρχου τοῦ ἐκ Καππαδοκῶν τῆς τε πανουργίας καὶ ἀπληστίας καὶ μέθης καὶ τῆς ἄλλης κακότητος· ὅπως τε Ἀντωνίνα ἡ τοῦ Βελισαρίου γυνὴ δι' Εὐφημίας τῆς αὐ- D τοῦ θυγατρὸς φρεναπατήσασα Ἰωάννην ἐπίβουλον ἔδειξε βασι-

2. τῶν μετασχόντων Bess. τοῖς μετασχοῦσι P. 3. Ζάμου] ζαμοῦ Bess. 4. Ἀδεργουδουνβάδου] ἀδέργου δουβάνδου Bess. Ἀδεργουδουνάντου P. 5. ὕστερον διὰ τοῦτο Bess. διὰ τοῦτο ὕστερον P. 6. Ἰουστινιανῷ] ἰουστινιανὸν Bess. 10. Βελισαρίῳ] Βελισσαρίῳ P et infra Βελισσαρίου. 15. τοῦ κοιαίστωρος] κυαίστορος Bess. omisso τοῦ.

stituunt. Quo cognito Chosroes Zamen fratrem reliquosque germanos et coniurationis socios necat. Sic tranquillata res est, quiesque data. Cabades tamen filius admodum adolescens prudentia Chanarangi Adergudunbadi caedem effugit: quo nomine hic postea a Chosroe est interfectus.

24. Iustiniano quoque Imp. plebs insidias comparavit, creato Imperatore (tametsi repugnaret) Hypatio Anastasii eius, qui imperarat, patruele: nata seditione ortoque tumultu e contentione ludorum Circensium. Caesar itaque Iustinianus Belisario et Mundo Ducibus usus, Hypatium occidit, multosque coniurationis huius socios sustulit: plane ut civium tunc ad triginta millia occubuerint. Imperatori suppetias afferebant Boraides et Iustus, Iustiniani fratris filii.

25. In eo ipso libro narrat de Triboniano: qui e Pamphylia genus duxit, et Quaestoris munus obiit, deque avaritia eiusdem ac blandiloquentia. De Ioanne item Cappadoce Praefecto Praetorio, deque eius vafricia, inexplebili cupiditate, ebrietate, aliisque vitiis. Ut Antonina Belisarii coniux per Euphemiam filiam eius callide Ioannem circumvene-

λέως, ὅπως τε ὕστερον Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου Κυζίκου ἐξ ἐπιβουλῆς ἀναιρεθέντος, συνεργὸς ὑπονοηθεὶς τοῦ μιάσματος, ᾐκίσθη τὸ σῶμα καὶ ἀκλεῶς ἐξορίᾳ πικρᾷ καὶ τελευταίᾳ παρεδόθη.

3. ἀκλεῶς Bess. ἀνηλεῶς P.

rit, et insidias struere patefecerit. Utque demum Eusebio Cyzici Episcopo ex insidiis occiso, impii sceleris consors habitus, corpore quaestionibus cruciato, inclementer tandem ac severe proscriptus sit.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ P 87 V 231 H 86

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Α' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Β'.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ — Β'.] Προκοπίου Καισαρέως ἱστοριῶν ἡ δευτέρα Α. ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Β'. P.

PROCOPII CAESARIENSIS

HISTORIARUM TETRADIS I.

LIBER II.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

Alamundarus impulsu Chosrois dat belli causam, mota in Aretham lite de Strata. Regionis situs et infelicitas. Quid pro se pars utraque diceret. Strategii et Summi sententiae. De Iustiniano queritur Chosroes. (Cap. 1.) *Vittigis Gotthorum rex ad Chosroem legatos mittit. Eorum oratio. Maxima belli causa invidia.* (2.) *Res Armeniae. Symeonis caedes. Amazaspem de sententia Iustiniani occidit Acacius et Armeniam obtinet. Huius mores et mors. Sittae, viri bello egregii, interitus. Busis in Ioannem Arsacidem perfidia. Bassaces aliique Arsacidae Chosroem adeunt. Eorum oratio. Bellum Persae in Romanos decernunt.* (3.) *Cometes oritur. Hunni erumpunt et foede Europam populantur. Iustinianus Chosroem a bello per literas dehortatur.* (4.) *Quandonam et qua ingressus Chosroes in fines Rom. Circesium castellum prae metu, urbem Zenobiam per contemptum renuit oppugnare. Ad urbem Sura capit omen ex equo. Suranorum Episcopum fallit. Urbe dolo potitus, eam exscindit. Euphemiam captivam ducit uxorem. Agit cum Sergiopolitano Episcopo de captivorum redemptione.* (5.) *Militare Magisterium Orientis bifariam divisum. Busis oratio ad Hieropolitanos. Germanus a patruo suo Iustiniano mittitur Antiochiam. Eius consilium. Megan Beroeensem Episcopum ad Chosroem Antiocheni legant. Chosroes pecuniam imperat Hieropolitanis, et accipit.* (6.) *Beroeae situs. Paciscuntur cives. Urbs capitur, excepta arce, ac pene tota incenditur. Megas Antiochiam reversus nihil proficit. Ephraemius Patriarcha et Germanus in Ciliciam concedunt. Redit Beroeam Megas, ex-*

postulatque cum Chosroe. Utriusque orationes. (7.) *Petit Chosroes Antiochiam, et obsidet. Antiochenae plebis insolentia. Muros oppugnat Chosroes. Obsessorum imprudentia. Ducum ac militum fuga cum strage civium. Persae muros ascendunt, seque in mediam urbem inferunt. Antiocheni adolescentes strenui. Accit Legatos Chosroes. Oratio Zaberganis. Civium strages. Amor pudicitiae.* (8.) *Oratio Chosrois ad legatos Rom. Eiusdem ingenium et mores. Auctoris iudicium de Fortuna. Urbis direptio et incendium.* (9.) *Antiochena calamitas ostento praenuntiata. Auctoris sententia de divino consilio. Templum suburbanum D. Iuliani non incenditur legatorum gratia. Eorum oratio ad Chosroem: huius querelae. Altercatio. Pacis compositio Romanis ignominiosa.* (10.) *Chosroes Seleuciam divertit: in mari lavat: Soli sacrificat. Cogitat Apameam. Daphnen suburbium visit: lucum ac fontes miratur: Nymphis sacrificat. Templum Michaelis Archangeli incenditur. Segmentum Crucis Christi Apameae servatur. Miraculum. Thomas Antistes prodit obviam Chosroi. Huius perfidia. Favet in Circo Prasinis, quia Iustinianus Venetis favebat. Persam stupratorem morte afficit.* (11.) *Chosroes pecuniam imperat Chalcidensibus. Euphratem traiicit. De obsidenda Edessa cogitat. Augarus Toparcha olim Augusto Imp. carissimus. Mira narratio. Soli natalis amor ingens. Egregia Circensium definitio. Elogium Iesu Dei filii. Eius epistola ad Augarum in portis Edessae exscripta. Inane Chosrois adversus urbem illam consilium.* (12.) *Iustinianus ad Chosroem scribit et ratas habet pacis conditiones. Edessenorum mira benignitas in captivos Antiochenos. Carrheni cur accepti Chosroi. Constantinam sibi vindicat Chosroes. Cabadi dextera monstranti Edessam dicunt Magi felix urbi omen ab ipso datum. Baradotus Episcopus sanctus Cabadem placat. Chosroes Daram frustra obsidet.* (13.) *Chosroantiochiam captivis Antiochenis Chosroes condit. Urbis illius iura. Anastasii principatu lucus Daphnes vento erutus. Sub Iustino horrendus terrae motus Antiochiae. Revocatus ex Italia Belisarius bello Persico praeficitur. Eum sequuntur Gotthi. Byzantii subsistit Vittigis.* (14.) *Origo belli Lazici. Lazorum Reges insignia ab Imperatore Rom. accipere soliti. Petrus Dux avarissimus. Ioannes Tzibus monopolium Petrae instituit. Legatorum Lazorum ad Chosroem oratio. Chosroes cum ipsis deliberat.* (15.) *Mittit Belisarius exploratores in Persidem. Darae deliberat cum Ducibus Romanis. Saracenorum idololatrarum mos.* (16.) *Chosroes in Lazicam pervenit, et a Gubaze Lazorum Rege adoratur. Ad urbem Petram male habiti Persae. Petrae situs. Ea potitur Chosroes.* (17.) *Belisarius Nisibin petit. Eius ad Duces Romanos oratio. Persae Nabede duce in Romanos erumpunt. Confligitur.* (18.) *Belisarius Sisauranum castellum obsidet. Duces Romanos alloquitur. Aretham in Assyriam incurrere iubet. Castellum capit. Persas dedititios mittit Byzantium. Fraus Arethae. Romana castra febribus vastantur. Ioannis oratio ad Belisarium. Chosrois in Persidem et Belisarii Byzantium reditus.* (19.) *Tertia Chosrois expeditio in Romanos. Eius saevitia in Candidum Sergiopolitanum Antistitem. Frustra Sergiopolin tentat. Cogitat Palaestinam, ut diripiat Hierosolyma. Belisarius veredis vectus in Orientem redit. Iustus Iustiniani a fratre nepos eum invitat Hierapolin. Belisarius Duces Hierapoli morantes elicit ad oppidum Europum.* (20.) *Abandanem Chosroes ad Belisarium legat. Belisarii cautio et apparatus. Adolius Silentiarius. Legatum Belisarius excipit. Abandanes reditum suadet Chosroi. Huius sollicitudo. Euphratem traiicit. Cum Belisario per internuntios agit. Elogium Belisarii. Chosroes Callinicum capit. Armenii in fidem Rom. redeunt. Belisarius Byzantium revocatur, in Italiam profecturus* (21.) *Pestilentia gravissima. Eius causa, Deus. Orta in Aegypto ubique grassatur. Spectra Daemonum multis oblata. Ab illis percussos pestis corripiebat. Quam varie invase-*

rit homines. Affectus eius diversissimi. (22.) *Quam saeve grassata pestis Byzantii. Pia providentia Iustiniani Imp. ac Theodori Referendarii. Urbis facies miserabilis.* (23.) *Ardabiganis Pyreum clarissimum. Ignis a Persis cultus, idem cum Vesta. Constantianus et Sergius legati Rom. ad Chosroem. Eudubius Episcopus Persarmeniae. Valerianum Magistrum mil. in Armenia adit. Iubet Iustinianus irruptionem fieri in Persarmeniam. Cogitur Rom. exercitus, in quo Martinus Mag. mil. per Orientem, aliique Duces.* (24.) *Dubios Persarmeniae regio. Catholicus. Anglonem Nabedes munit. Romanorum imprudentia. Male hostem invadunt. Turpiter vincuntur. Erulorum mos. Romanorum fuga.* (25.) *Quarta Chosrois expeditio non tam in Romanos, quam in Deum Christianorum. Edessam obsidet. Primus conflictus bene Romanis cedit. Edessenis pecuniam Chosroes imperat. Aggerem extruit. Romanorum eruptio. Ciliciis protecti qui Aggestam moliuntur. Stephanus medicus ad Chosroem legatus. Irrita de pace colloquia.* (26.) *Edessenorum cuniculus ad hostilem aggerem, qui tandem igni corrumpitur. Semel atque iterum a muro repulsi Persae. Frustra de pace agitur. Acerrimus conflictus. Edessenorum mirabilis fortitudo. Solvit Chosroes obsidionem.* (27.) *Iusti et Peranii obitus. Marcellus et Constantianus subrogati. Cum Chosroe de pace agitur. Fiunt induciae. Alamundarus Arethae filium bello captum Veneri immolat. De Lazica consilium Chosrois. Legatus Isdigunas urbem Daram occupare astu nititur. Byzantii a Iustiniano honorificentius accipitur quam Legati conditio postulat.* (28.) *Aedificare vult Chosroes classem in Lazica. Materies fulmine deflagrat. Gubazes Lazorum Rex petitus insidiis, fidem Ius:iniani implorat. Romani Petram obsident. Regionum illarum situs, populi, et urbes. Gubazis providentia. Dagisthaei Romanorum Ducis imprudentia ad Clisuras. Petra oppugnatur.* (29.) *Mermeroes cum Persarum exercitu Petram properat. Obsessi Persae quo redacti. Mermeroes e Clisuris Romanos deturbat. Dagisthaeus solvit obsidionem. Quid Petrae actum a Mermeroe. Huius reditus. Gubazis Lazorum Regis constantia. Mermerois consilium. Persarum clades. Mortua Theodora Aug. Ioannem Cappadocem ab exilio revocat Imperator. Praedictionis ridendus exitus.* (30.)

α'. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ὁ Χοσρόης μαθὼν ὡς καὶ Ἰταλίαν Βελισάριος Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ προσποιεῖν ἤρξατο, οὐκέτι κατέχειν οἷός τε ἦν τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ σκήψεις ἐπινοεῖν ἤθελεν, ὅπως δὴ λόγῳ τινὶ εὐπρεπεῖ τὰς σπονδὰς λύσειεν. ὑπὲρ ὧν κοινο-
P 88 λογησάμενος Ἀλαμουνδάρῳ ἐκέλευεν αὐτὸν ξυμπορίζεσθαι πολέμου αἰτίας. ὁ δὲ Ἀρέθα ἐπικαλέσας ὅτι αὐτὸν περὶ γῆς ὁρίων βιάζοιτο, ἐς χεῖράς τε αὐτῷ ἐκσπόνδως ἦλθε καὶ γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐπὶ ταύτῃ τῇ σκήψει καταθεῖν ἤρξατο. ἔφασκέ τε ὡς αὐτὸς οὐ λύει τὰς Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων σπονδάς, ἐπεὶ αὐτὸν ἐς ταύτας οὐδέτεροι ἐσεγράψαντο. καὶ ἦν δὲ οὕτως. οὐ γάρ τις πώποτε Σαρακηνῶν λόγος ἐν σπονδαῖς γέγονεν, ἅτε ξυνεχομένων τῷ Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων ὀνόματι. αὐτή δὲ ἡ χώρα, ἣ δὴ πρὸς ἑκατέρων τότε Σαρακηνῶν ἀντελέγετο, Στράτα μὲν κέκληται, Παλμύρας δὲ πόλεως πρὸς νότον ἄνεμον τέτραπται, δέν-
B δρον μὲν ἤ τι τῶν ἐν τοῖς ληίοις ἀγαθῶν οὐδαμῆ φέρουσα (ἡλιόκαυστος γὰρ ὑπερφυῶς ἐστι), προβάτων δέ τισιν ἐκ παλαιοῦ ἀνειμένη νομαῖς. Ἀρέθας μὲν οὖν Ῥωμαίων ἰσχυρίζετο εἶναι τὸν χῶρον, τῷ τε ὀνόματι τεκμηριούμενος, οὗ δὴ πρὸς πάντων ἄνωθεν ἔτυχε (Στράτα γὰρ ἡ ἐστρωμένη ὁδὸς τῇ Λατίνων καλεῖται φωνῇ) καὶ μαρτυρίαις παλαιοτάτων ἀνδρῶν χρώμενος. Ἀλα-

4. εὐπρεπεῖ] εὐτρεπεῖ H. 7. ἐκσπόνδως P et HL in marg. ἐν σπονδαῖς AHL. 12. τῷ — ὀνόματι A quod ex Reg. affert Malt. τῶν — ὀνόμασιν P. τῶν — ὀνόματα H. 15. ἡλιόκαυστος] ἡλιόκαυτος H. 19. ἔτυχε] ἔσχε L: illud Lm. „ἔσχε Reg." Malt.

1. Haud multo post certior factus Chosroes Italiam quoque a Belisario in Iustiniani Aug. ditionem coepisse redigi, non potuit ultra tenere animum: sed studium contulit ad excogitandos praetextus, ut pacem solveret aliquo honesto nomine. Qua de re cum Alamundaro collocutus, illum ad praebendas belli causas induxit. Is vero litem orsus, et questus quod ab Aretha suis finibus excluderetur, cum ipso manum conseruit, rupto foedere, eoque obtentu Romanum agrum incursare coepit; negans peccare se contra pacem Persas inter et Romanos compositam, cui a neutris ascriptus nominatim fuisset. Ita sane habebat: in foederis instrumento nulla umquam facta mentio Saracenorum: ut qui Persarum ac Romanorum nominibus includantur. Porro illa regio, de qua tunc lis inter utramque gentem Saracenicam fuit, Strata dicitur, et ab urbe Palmyra ad austrum vergit, arboribus nuda plane ac frugibus prae aestu nimio, quo torretur, et iampridem pascendis ovibus destinata. Hanc ad Romanos pertinere Arethas et coniectura nominis, quod ab antiquiori memoria apud omnes obtinuit (viam enim lapidibus munitam Latini *Stratam* appellant) et vetustissimorum virorum testimoniis affirmabat. Ex adverso

μούνδαρος δὲ φιλονεικεῖν μὲν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἥκιστα ἐδικαίου,
μισθοὺς δέ οἱ τοῦ ἐνταῦθα νομοῦ ἐκ παλαιοῦ ἔφασκε τοὺς τὰ
πρόβατα κεκτημένους διδόναι. διὸ δὴ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς
Στρατηγίῳ τε πατρικίῳ ἀνδρὶ καὶ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ἄρ-
χοντι, ἄλλως δὲ ξυνετῷ καὶ εὐπατρίδῃ, ἔτι μέντοι καὶ Σούμμῳ C
τῶν ἐν Παλαιστίνῃ στρατιωτῶν ἡγησαμένῳ, τὴν τῶν ἀντιλεγο-
μένων ἐπέτρεψε δίαιταν. ὁ δὲ Σοῦμμος Ἰουλιανοῦ ἀδελφὸς ἦν,
ὃς ὀλίγῳ ἔμπροσθεν ἐς Αἰθίοπάς τε καὶ Ὁμηρίτας ἐπρέσβευσε.
καὶ αὐτοῖν ἅτερος μέν, Σοῦμμος, μὴ χρῆναι Ῥωμαίους κατα- V 282
προΐεσθαι τὴν χώραν ἠξίου, Στρατήγιος δὲ βασιλέως ἐδεῖτο μὴ
χώρας τινὸς ἕνεκα βραχείας τε καὶ ὡς ἥκιστα λόγου ἀξίας, ἀλλὰ
ἀγόνου τε καὶ ἀκάρπου παντάπασιν οὔσης, Πέρσαις πολεμησείουσι
σκήψεις τοῦ πολέμου χαρίζεσθαι· βασιλεὺς μὲν Ἰουστινιανὸς
ταῦτα ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο, καὶ χρόνος πολὺς ταύτῃ δὴ τῇ διαίτῃ
ἐτρίβη.

Χοσρόης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς λελύσθαι πρὸς Ἰουστινια- D
νοῦ τὰς σπονδὰς ἔφασκε, πολλὴν ἐπιβουλὴν ἐς οἶκον τὸν αὐτοῦ
ἄρτι ἐνδειξαμένου, οἷς δὴ ἑταιρίζεσθαι Ἀλαμούνδαρον ἐν σπον-
δαῖς ἐνεχείρησε. Σοῦμμον γὰρ ἔναγχος ἐπὶ διαίτῃ δῆθεν τῷ λόγῳ
παρ' αὐτὸν ἥκοντα, ἐπαγγελίαις αὐτὸν περιελθεῖν μεγάλων χρη-
μάτων, ἐφ' ᾧ προσχωρήσει Ῥωμαίοις, γράμματά τε προΐσχετο,
ἃ δὴ πρὸς Ἀλαμούνδαρον ἐν σπονδαῖς ὑπὲρ τούτων Ἰουστινιανὸς
βασιλεὺς ἔγραψε. καὶ πρὸς Οὔννων δέ τινας ἰσχυρίζετο αὐτὸν

1. φιλονεικεῖν] φιλονικεῖν L. 5. εὐπατρίδῃ] εὐπατρίδι P.
11. λόγου] [τοῦ] λόγου H. 14. ταύτῃ δὴ HL. δὴ om. P.

Alamundarus non contendendum de voce, sibique a pecuariis mercedes pascui regionis illius repensas olim dicebat. Quocirca Iustinianus Aug. arbitrium controversiae permisit Strategio Patricio et Imperatoriae gazae Praefecto, viro cum primis prudenti et nobili; Summo item, qui Dux fuerat Palaestinae, fraterque erat Iuliani paulo ante legatione functi apud Aethiopes et Homeritas. Atque id quidem eorum alter (Summum dico) pugnabat, regionem illam a Romanis minime deseri oportere: contra rogabat Augustum Strategius, ne prurientibus in bellum Persis praetextum ullum praeberet, agri cupiditate angusti et contemnendi, immo etiam sterilis omnino atque infelicis. Longas habuit consultationes Iustinianus, in eaque re per arbitros transigenda plurimum est temporis tritum.

Chosroes autem Persarum Rex Iustiniano obiiciebat violatam pacem recenti in domum suam nec obscura molitione, quod, dum vigeret pax, ad se Alamundarum sollicitasset per Summum, qui ipsius animum, ut ad Romanos descisceret, grandis pecuniae pollicitationibus tentasset nuper, cum illum adiisset per speciem litis arbitrario iudicio resolvendae. Literas allegabat a Iustiniano de re illa scriptas in pace ad Alamundarum; itemque alteras ad quosdam Hunnos, quibus illos hortatus esset, ut facta

ἐπιστολὴν πέμψαι, ἐγκελευομένην αὐτοῖς ἐσβαλεῖν τε ἐς τὴν Περ-
σῶν γῆν καὶ τοῖς ἐκείνῃ χωρίοις ἐπὶ πλεῖστον λυμήνασθαι. ἣν
H 47 P 89 δή οἱ τοὺς Οὔννους αὐτοὺς ἔφασκεν ἐγχειρίσαι ἐς ὄψιν ἐλθόντας.
ταῦτα μὲν Χοσρόης ἐπικαλῶν Ῥωμαίοις τὰς σπονδὰς λύειν διε-
νοεῖτο. εἰ μέντοι ταῦτα λέγοντί οἱ ἀληθίζεσθαι ξυνέβαινεν, οὐκ
ἔχω εἰπεῖν.

B β'. Ἐν τούτῳ δὲ Οὐίττιγις, ὁ τῶν Γότθων ἡγούμενος,
ἤδη τῷ πολέμῳ κεκακωμένος, πρέσβεις δύο παρ' αὐτὸν ἔπεμψεν,
ἀναπείσοντας ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύεσθαι, οὐ Γότθους μέντοι,
ὅπως μὴ κατάδηλοι αὐτόθεν γινόμενοι ξυγχέωσι τὰ πρασσόμενα,
ἀλλὰ Λιγούρους ἱερεῖς, χρήμασιν ἁδροῖς ἐς ταύτην ἠγμένους τὴν
πρᾶξιν. ὧν ἅτερος μὲν (ὅσπερ ἀξιώτερος ἔδοξεν εἶναι, δόκη-
σίν τε καὶ ὄνομα ἐπισκόπου περιβεβλημένος οὐδὲν αὐτῷ προσῆ-
κον) ἐς τὴν πρεσβείαν καθίστατο, ὁ δὲ δὴ ἕτερος αὐτῷ ὑπηρε-
τῶν εἵπετο. ὁδῷ τε ἰόντες ἐς τὰ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης χωρία ἑταιρί-
ζονταί τινα ἐνθένδε Σύρας τε καὶ τῆς Ἑλληνίδος φωνῆς ἑρμηνέα
C σφίσιν ἐσόμενον, ἅπαντάς τε Ῥωμαίους λαθόντες ἐς τὰ Περσῶν
ἤδη ἀφίκοντο. ἅτε γὰρ ἐν σπονδαῖς καθεστῶτες οὐκ ἐς τὸ ἀκρι-
βὲς ταύτῃ ἐφύλασσον. Χοσρόου δὲ ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἔλεξαν
τοιάδε „Τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας, ὦ βασιλεῦ, πρέσβεις τῶν
αὐτοῖς ἕνεκα ξυμφόρων ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ξυμβαίνει ἐς τὴν
πρεσβείαν καθίστασθαι, ἡμᾶς δὲ Οὐίττιγις ὁ Γότθων τε καὶ Ἰτα-
λιωτῶν βασιλεὺς ἔπεμψε τοὺς λόγους ὑπὲρ τῆς σῆς ποιησομένους

15. ἐς om. L. 19. δὲ] τε L.

in Persidem irruptione vastitatem late inferrent. Quam epistolam dicebat se ab Hunnis ipsis, a quibus conventus fuerat, accepisse. Ita Chosroes disturbare pacem quaerebat, ea Romanis obiiciens, quae an vere et sine mendacio diceret, asseverare non possum.

2. Interea Vittigis, cui Gotthi parebant, variis iam affectus cladibus, ad Chosroem binos, qui illi expeditionem in Romanos suaderent, legatos misit, non Gotthos natione, ne primore specie agniti rem turbarent; sed Ligures sacerdotes pecunia ad id magna inductos: quorum alter, qui spectabilior videbatur esse, seque Episcopum habitu et nomine mentiebatur, princeps erat legationis; alter ipsum tanquam minister assectabatur. Hi profecti in Thraciam, sibi quemdam ex indigenis adiunxerunt, Syriacae Graecaeque linguae futurum ipsis interpretem. Demum in Persidem pervenere, insciis Romanis omnibus; qui indiligentius, ut fit pacis tempore, oras illas custodiebant. Sic autem allocuti sunt Chosroem, ad conspectum eius admissi. *Plerumque fit, o Rex, oratores ut caeteri legationem obeant suae suorumque utilitatis gratia. At nos eo consilio Vittigis Gotthorum Italiaeque Rex misit, ut apud te regni causam agamus tui. Tu ipsum coram hic praesentem cogita hac uti voce. Si quis*

ἀρχῆς· καὶ αὐτὸν νόμιζε παρόντα σοι τανῦν φθέγγεσθαι τάδε.
εἴ τίς σε, ὦ βασιλεῦ, ξυνελὼν φαίη τήν τε σὴν βασιλείαν καὶ
πάντας ἀνθρώπους Ἰουστινιανῷ προέσθαι, ὀρθῶς ἂν εἴποι. ὁ
μὲν γὰρ νεωτεροποιός τε ὢν φύσει καὶ τῶν οὐδ' ὁπωστιοῦν αὐτῷ
προσηκόντων ἐρῶν, μένειν τε οὐ δυνάμενος ἐν τοῖς καθεστῶσι,
γῆν μὲν ἅπασαν ξυλλαβεῖν ἐπεθύμησεν, ἑκάστην δὲ ἀρχὴν περι- D
βαλέσθαι ἐν σπουδῇ ἔσχεν. εἶτα (οὐδὲ γὰρ Πέρσας κατὰ μόνας
ἐγχειρεῖν ἴσχυεν οὐδὲ Περσῶν οἱ ἀντιστατούντων οἷός τε ἦν ἐπ'
ἄλλους ἰέναι) σὲ μὲν τῷ τῆς εἰρήνης παραπετάσματι ἐξαπατᾶν
ἔγνω, τοὺς δὲ λοιποὺς βιαζόμενος μεγάλας δυνάμεις ἐπὶ τῇ σῇ
ἀρχῇ ἑταιρίζεσθαι. Βανδίλων μὲν οὖν ἤδη καθελὼν τὴν βασι-
λείαν καὶ Μαυρουσίους καταστρεψάμενος, Γότθων αὐτῷ φιλίας
ὀνόματι ἐκποδὼν ἱσταμένων, χρήματά τε μεγάλα καὶ σώματα
πολλὰ ἐπαγόμενος ἐφ' ἡμᾶς ἥκει. ἔνδηλος δέ ἐστιν, ἢν καὶ Γότ-
θους παντάπασιν ἐξελεῖν δύνηται, ὡς ξὺν ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἤδη
δεδουλωμένοις ἐπὶ Πέρσας στρατεύσει, οὔτε τὸ τῆς φιλίας ἐν-
νοῶν ὄνομα οὔτε τι τῶν ὀμωμοσμένων ἐρυθριῶν. ἕως οὖν ἔτι
σοι λείπεται τῆς σωτηρίας ἐλπίς, μήτε ἡμᾶς ἐργάσῃ κακὸν περαι- P 90
τέρω μηδὲν μήτε αὐτὸς πάθῃς, ἀλλ' ὅρα μὲν ἐν τοῖς ἡμετέροις V 283
κακοῖς ὅσα ὀλίγῳ ὕστερον ξυμβήσεται Πέρσαις, ἐνθυμοῦ δὲ ὡς
Ῥωμαῖοι τῇ σῇ βασιλείᾳ εὔνοι μὲν οὐκ ἄν ποτε εἶεν, δυνάμει δὲ
κρείσσους γενόμενοι οὐδὲν μελλήσουσι τὸ ἐς Πέρσας ἔχθος ἐνδεί-

8. ἴσχυεν] „ἔσχεν Reg." Malt. ἴσχεν HmL. 16. στρατεύσει] στρατεύσειν HL. ibid. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδέ P. 17. ὀμωμοσμένων (sic) A. ὀμωσμένων P. 18. τῆς] τις L. ibid. μήτε — μήτε] μηδὲ — μηδὲ P.

omnia uno verbo complexus, te regnum pariter tuum, o Rex, ac mortales universos Iustiniani potestati permittere dixerit, nae is recte. Nam ille, ut homo est novator et alieni appetentissimus natura, qui nec sciat stare pactis et constitutis; cum Orbi terrarum universo inhiat, tum singula asserere sibi regna contendit. Itaque, quoniam nec Persas potuit seorsum aggredi, nec caeteros, repugnantibus Persis, invadere; te pacis obtentu ludificari, dumque alias gentes vi subigit, magnas adversus imperium tuum copias comparare sibi decrevit. Iam certe, postquam regnum excidit Vandalorum ac Mauros perdomuit, Gotthis, ne ipsi se opponerent, amicitiae nomine sommotis, iam, inquam, pecunia ac milite instructissimus nos adoritur. Quod si Gotthicum quoque regnum everterit, procul dubio nos caeterosque, qui iugum iam accepere, armabit in Persas, et ad bellum ducet, nullam habens rationem nominis amicitiae, nec iusiurandum erubescens. Dum igitur spes adhuc tibi salutis restat, absiste nobis damnum inferre, nec ipse cape: sed in malis nostris ea prospice, quae Persis impendent: idque tecum reputa, nunquam bene affectos in regnum tuum Romanos fore, nec dilaturos, ubi viribus superiores evaserint, odium in Per-

χνυσθαι. ἐν δέοντι τοίνυν τῇ ἐξουσίᾳ χρῆσαι, μὴ παυσαμένην ἐπιζητήσῃς. λωφήσασα γὰρ ἡ τῶν καιρῶν ἀκμὴ ἐπανιέναι οὐδαμῶς πέφυκεν. ἄμεινον δὲ προτερήσαντα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ εἶναι ἢ B τῶν καιρῶν ὑστερηκότα τὰ πάντα αἰσχρότατα πρὸς τῶν πολεμίων παθεῖν."

Ταῦτα ἐπεὶ Χοσρόης ἤκουσεν, εὖ τέ οἱ παραινεῖν Οὐίττιγις ἔδοξε καὶ λύειν τὰς σπονδὰς ἔτι μᾶλλον ἐν σπουδῇ εἶχε. φθόνῳ γὰρ ἐς Ἰουστινιανὸν βασιλέα ἐχόμενος λογίζεσθαι ὡς ἥκιστα ἔγνω, ὅτι δὴ πρὸς ἀνδρῶν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ δυσμενῶν μάλιστα οἱ λόγοι ἐς αὐτὸν γένοιντο. ἀλλὰ τῷ βούλεσθαι ἐς τὸ πεισθῆναι αὐτόμολος ἦλθεν. ὃ δὴ καὶ ἐς τοὺς Ἀρμενίων τε καὶ Λαζῶν λόγους ὀλίγῳ ὕστερον ἔδρασεν ἅπερ μοι αὐτίκα μάλα C λελέξεται. καίτοι τοιαῦτα Ἰουστινιανῷ ἐπεκάλουν ἐγκλήματα, ἃ βασιλεῖ γενναίῳ εἰκότως ἂν ἐγκώμια εἴη, ὅτι δὴ τὴν βασιλείαν τὴν αὐτοῦ μείζω τε ποιῆσαι καὶ πολλῷ ἐπιφανεστέραν ἐν σπουδῇ ἔχοι. ταῦτα γὰρ καὶ Κύρῳ ἄν τις ἐπενέγκοι τῷ Περσῶν βασιλεῖ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. ἀλλὰ γὰρ φθόνῳ τὸ δίκαιον οὐδαμῇ εἴωθε ξυνοικίζεσθαι. διὰ ταῦτα μὲν Χοσρόης τὰς σπονδὰς λύειν διενοεῖτο.

D γ'. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἄλλο τι γενέσθαι τοιόνδε ξυνέβη. Συμεώνης ἐκεῖνος, ὁ τὸ Φαράγγιον Ῥωμαίοις ἐνδούς, Ἰουστινιανὸν βασιλέα πείθει, ἔτι τοῦ πολέμου ἀκμάζοντος, κώμας H 48 αὐτόν τισιν ἀνδρῶν Ἀρμενίων δωρήσασθαι. κύριός τε τῶν χωρίων

2. ἐπιζητήσῃς] ἐπιζητήσας H: illud Hm. 15. αὐτοῦ] αὑτοῦ P.
18. Χοσρόης] ὁ χοσρόης L.

sas conceptum effundere. Ergo opportune data utere facultate, ne postea subtractam requiras. Reverti nequit elapsa semel occasio. Praestat autem ea antecapta esse in tuto, quam per segnitiem serum amissa indignissimis modis omnibus ab hoste haberi.

His Chosroes auditis, et Vittigis probata admonitione, pacem convellere multo acrius cupiebat. Etenim Iustiniano Aug. invidens, non cogitabat haec in illum ab inimicis iactari; nec iudicio, sed voluntate fidem iis habebat ultro; quemadmodum et paulo post habuit Armeniorum Lazorumque orationibus: ut quamprimum exponam. At illi in Iustiniano reprehendebant, quae in generoso Imperatore laudanda sunt: nempe studium, quo proferebat Imperii fines et splendorem augebat. Cuiusmodi sane crimina Cyro Persarum Regi et Alexandro Macedoni inferre quis posset. Verumenimvero non una solent Iustitia et Invidia habitare. His demum causis ad solvendam pacem Chosroes impellebatur.

3. Sub idem tempus res, quam hic subiiciam, contigit. Symeones ille, qui Pharangium Romanis dedidit, quo tempore bellum adhuc flagrabat, a Iustiniano Aug. vicos impetraverat aliquot, qui ad quosdam Armenios pertinebant. Eorum autem dominium cum esset adeptus, ab an-

γενόμενος πρὸς τῶν αὐτὰ πάλαι κεκτημένων ἐξ ἐπιβουλῆς θνήσκει. ἐξειργασμένου δὲ τοῦ κακοῦ οἱ τοῦ φόνου ἀρχηγοὶ φεύγουσιν ἐς τὰ Περσῶν ἤθη. ἀδελφὼ δὲ ἤστην δύο Περόζου παῖδε. βασιλεὺς δὲ ταῦτα ἀκούσας, τάς τε κώμας Ἀμαζάσπῃ παραδίδωσι τῷ Συμεώνου ἀδελφιδῷ καὶ ἄρχοντα κατεστήσατο Ἀρμενίοις αὐτόν. τοῦτον τὸν Ἀμαζάσπην, προϊόντος τοῦ χρόνου, Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τῶν τις ἐπιτηδείων διέβαλλεν, Ἀκάκιος ὄνομα, κακουργεῖν τε ἐς Ἀρμενίους καὶ βουλεύεσθαι Πέρσαις ἐνδοῦναι P 91 Θεοδοσιούπολίν τε καὶ ἄλλα ἄττα πολίσματα. ταῦτα εἰπὼν γνώμῃ βασιλέως Ἀκάκιος τὸν Ἀμαζάσπην δόλῳ ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀρμενίων ἀρχὴν δόντος βασιλέως ἔσχεν αὐτός. πονηρὸς δὲ ὢν φύσει ἔσχε καθ' ὅ τι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ἐνδείξοιτο. γέγονεν οὖν ἐς τοὺς ἀρχομένους ὠμότατος ἀνθρώπων ἁπάντων. τά τε γὰρ χρήματα ἐληΐζετο οὐδενὶ λόγῳ καὶ φόρου αὐτοῖς ἀπαγωγὴν οὔποτε οὖσαν ἐς κεντηνάρια τέσσαρα ἔταξεν. Ἀρμένιοι δὲ (φέρειν γὰρ οὐκέτι αὐτὸν οἷοί τε ἦσαν) κτείνουσί τε ξυμφρονήσαντες τὸν Ἀκάκιον καὶ ἐς τὸ Φαρύγγιον καταφεύγουσι.

Διὸ δὴ Σίτταν ἐπ' αὐτοὺς ἐκ Βυζαντίου βασιλεὺς ἔπεμψεν. B ἐνταῦθα γὰρ ὁ Σίττας διέτριβεν, ἐπειδὴ Ῥωμαίοις ἐγένοντο αἱ πρὸς Πέρσας σπονδαί. ὃς δὴ ἐπ' Ἀρμενίους ἐλθὼν τὰ μὲν πρῶτα ἐς τὸν πόλεμον ὀκνηρῶς ᾔει, τιθασεύειν μέντοι καὶ ἐπὶ τὰ πρότερα ἤθη ἀντικαθιστάναι τοὺς ἀνθρώπους ἠπείγετο, πεί-

4. Ἀμαζάσπῃ] ἀμαζάσπι H et infra ἀμαζάσπιν. 5. ἀρμενίοις A. Ἀρμενίας P. 21. τιθασεύειν] Vulgo τιθασσεύειν.

tiquis possessoribus ex insidiis occisus est. Patrata caede, fugerunt in Persidem eius auctores, duo germani fratres, Perozis filii. Re audita, Amazaspi Symeonis ex sorore nepoti vicos Augustus concessit, eundemque praefecit Armeniae. Processerat tempus, cum Acacius apud Iustinianum Aug. cui familiaris erat, criminatus est Amazaspem, ab eo vexari dicens Armenios et agitari consilium prodendi Persis Theodosiopolin atque alia quaedam oppida. Sua functus delatione, dolo ipsum peremit de sententia Imperatoris; a quo etiam Armeniae praepositus fuit. Verum homo ad flagitia natus, eo gradum hunc honoris obtinuit, ut latentes animi mores clarius patefaceret. Mortalium fuit omnium in subditos crudelissimus. Nam illos de nihilo depeculabatur, et tributo quadriagentorum pondo auri oneraverat inaudito. Tandem Armenii, cum iam Acacium ferre non possent, conflata conspiratione eum tollunt e medio, seque recipiunt in Pharangium.

Eo Sittam Augustus misit Byzantio: in urbe enim Sittas ab illo tempore degebat, quo pacem cum Persis Romani fecerant. Is ubi in Armeniam pervenit, in bellum remisse instituit initio, enitens ipsos delinire, et in pristinas sedes reducere, hoc promisso, persuasurum se Principi

θειν βασιλέα ὑποσχόμενος ἀφεῖναι αὐτοῖς τὴν καινὴν τοῦ φόρου ἀπαγωγήν. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν βασιλεὺς τῆς μελλήσεως πολλὰ ὀνειδίζων ἐκάκιζεν, ἡγμένος ταῖς Ἀδολίου διαβολαῖς τοῦ Ἀκακίου παι-
V 284 δός, ἐνταῦθα ἤδη ὁ Σίττας τὰ ἐς τὴν ξυμβολὴν ἐξηρτύετο. καὶ πρῶτον μὲν ὑποσχέσεσι πολλῶν ἀγαθῶν ἀναπείθειν τε καὶ ἑταιρίζεσθαι αὐτῶν τινας ἐνεχείρησεν, ὅπως αὐτῷ ῥᾴων τε καὶ ἀπονω-
C τέρα ἡ ἐς τοὺς λοιποὺς ἐπικράτησις γένοιτο. καὶ οἱ τὸ τῶν Ἀπετιανῶν καλουμένων γένος, μέγα τε ὂν καὶ πολυάνθρωπον, προσχωρεῖν ἤθελε. πέμψαντές τε παρὰ τὸν Σίτταν ἐν γράμμασιν ἐδέοντο διδόναι τὰ πιστὰ σφίσιν, ὅτι δή, ἢν τῷ ἔργῳ τοὺς ὁμογενεῖς ἀπολιπόντες ἥξωσιν ἐς τὴν Ῥωμαίων παράταξιν, κακῶν παντάπασιν ἀπαθεῖς μείνωσι, τὰ σφέτερα αὐτῶν ἔχοντες. ὁ δὲ αὐτοῖς ἄσμενός τε γράψας ἐν βιβλιδίῳ, καθάπερ ἐδέοντο, τὰ πιστὰ ἔδωκε, καὶ τὸ γράμμα κατασημηνάμενος ἐς αὐτοὺς ἔπεμψε. θαρσῶν τε ὡς δι᾽ αὐτῶν ἀμαχητὶ τοῦ πολέμου κρατήσει, τῷ παντὶ στρατῷ ἐς χωρίον Οἰνοχαλάκων ᾔει, ἔνθα τοὺς Ἀρμενίους
D ἐστρατοπεδεῦσθαι ξυνέβαινε. τύχῃ δέ τινι οἱ τὸ βιβλίον ἔχοντες ἑτέρᾳ ἰόντες ὁδῷ Ἀπετιανοῖς ἐντυχεῖν οὐδαμῇ ἴσχυσαν. μοῖρα μέντοι τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ὀλίγοις τισὶν αὐτῶν ἐντυχόντες, οὐκ εἰδότες τε τὰ ξυγκείμενα, ὡς πολεμίοις ἐχρήσαντο. καὶ αὐτὸς Σίττας ἐν σπηλαίῳ που παῖδάς τε αὐτῶν καὶ γυναῖκας λαβὼν ἔκτεινεν, ἢ τὸ γεγονὸς οὐ ξυνιεὶς ἢ δι᾽ ὀργῆς Ἀπετιανοὺς ἔχων, ὅτι οἱ, καθάπερ ξυνέκειτο, οὐ προσεχώρουν.

6. ἐνεχείρησεν] ἀνεχώρησεν Hm. 7. ἐς A. εἰς P. ibid. Ἀπετιανῶν] Aspetiani RV hic et infra. 13. βιβλιδίῳ] βιβλίῳ L. 18. Ἀπετιανοῖς] ἀπεστιανοῖς L. 21. Σίττας] ἰοὺ ἰοὺ τί πέπονθας σίττα, margo A.

ut eos nova tributi pensione levaret. At postquam eius cunctationem Augustus calumniis Adolii filii Acacii inductus gravi notavit exprobratione, se ad praelium accinxit: prius tamen amplis pollicitationibus ad se pertrahere nonnullos sibique adiungere tentavit, quo facilius reliquos expugnaret. Iamque Apetiani, magna ac frequens natio, deditionem facere constituerant, et per legatos fidem a Sitta petierant scripto testatam, si reipsa a popularibus suis ad aciem Romanam transirent, sua se possessuros incolumes; ac libenter ille, quemadmodum postulabant, fidem iis dederat mandatam scripto, literasque obsignatas miserat; quia etiam ipsorum opera victoriam absque praelio sibi spondens cum exercitu universo accesserat Oenochalacos, ubi castra habebant Armenii: sed accidit ut tabellarii diversam ingressi viam ab Apetianis deerraverint. Praeterea pars Romani exercitus nacta ex eorum numero aliquot, et conventorum ignara, ipsos pro hostibus habuit. Denique Sittas ipse liberos illorum et coniuges in quadam spelunca deprehensos trucidavit, sive inscius quinam essent, sive iratus Apetianis, quod ad se, ut convenerat, non transfugerent.

Οἱ δὲ θυμῷ ἤδη ἐχόμενοι ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὡς ἐς μάχην ἐτάξαντο. ἅτε δὲ ἐν δυσχωρίαις χαλεπαῖς τε καὶ κρημνώδεσιν ἑκάτεροι ὄντες οὐκ ἐν ἑνὶ χώρῳ ἐμάχοντο, ἀλλὰ διασκεδαννύμενοι ἔν τε ὑπωρείαις καὶ φάραγξι. τετύχηκεν οὖν τῶν Ἀρμενίων ὀλίγους τινὰς καὶ Σίτταν τῶν ἑπομένων οὐ πολλοὺς ἔχοντα ἀλλήλων πη ἄγχιστα ἰέναι, φάραγγος σφίσι τινὸς μεταξὺ οὔσης. P 92 ἱππεῖς δὲ ἦσαν ἑκάτεροι. ὁ μὲν οὖν Σίττας, ὀλίγων οἱ ἐπισπομένων, ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τὴν φάραγγα διαβὰς ἤλαυνεν, Ἀρμένιοι δὲ ὀπίσω ὑποχωρήσαντες ἔστησαν, καὶ ὁ Σίττας οὐκέτι ἐδίωκεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἔμενεν. ὕφνω δέ τις τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, Ἔρουλος γένος, δίωξιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους πεποιημένος, ἐνθένδε τε ξὺν θυμῷ ἀπελαύνων παρὰ τοὺς ἀμφὶ τὸν Σίτταν ἦλθεν. ἐτύγχανε δὲ ὁ Σίττας ἐς τὸ ἔδαφος τὸ δόρυ ἐρείσας· ὃ δὴ ὁ τοῦ Ἐρούλου ἵππος ἐπιπεσὼν ξὺν πολλῇ ῥύμῃ κατέαξε. τόν τε στρατηγὸν τοῦτο ἠνίασεν ἐς τὰ μάλιστα, καὶ αὐτὸν τῶν τις Ἀρμενίων ἰδὼν ἔγνω τε καὶ Σίτταν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἰσχυρίζετο εἶναι. ξυνέβαινε γάρ οἱ ἐν τῇ κεφαλῇ κράνος οὐκ εἶναι. διὸ δὴ τοὺς πο- B λεμίους οὐκ ἔλαθε ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐνταῦθα ἥκων. Σίττας μὲν οὖν, ἐπεὶ ταῦτα τοῦ Ἀρμενίου ἤκουσε λέγοντος καὶ τὸ δόρυ, ὥσπερ ἐρρήθη, οἷ ἀποκαυλισθὲν ἐς τὴν γῆν ἔκειτο, σπασάμενος H 41 τὸ ξίφος τὴν φάραγγα διαβαίνειν εὐθὺς ἐνεχείρησεν. οἱ δὲ πολέμιοι σπουδῇ πολλῇ ἐπ' αὐτὸν ἤλαυνον, καί τις αὐτὸν καταλαβὼν

4. ὑπωρείαις] ὑπωρίαις H. 6. ἰέναι] εἶναι Pm. 11. Ἔρουλος] Legebatur Ἔλουρος et infra Ἐλούρου. Correxi ex RV. Idem vitium infra p. 138 d. et in Menandri Excerptis p. 285, 7. ubi correxit Niebuhrius. Apud Procopium recte alibi Ἔρουλοι: vide indicem. 20. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 21. οἷ] Vulgo οἱ.

Illi iam animis exasperati, cum caeteris omnibus ad pugnam sese composuere. Et quoniam confragosa regio deruptaque praecipitiis erat, non uno in loco uterque exercitus, sed sparsi in clivis et vallibus manipuli decertabant. Tum forte globus Armeniorum, et Sittas parva suorum stipatus manu, equites utrique, provecti contra se invicem proxime sunt; sic tamen ut vallis interiaceret: quam Sittas cum paucis transgressus, equum in hostes egit. Ubi vero referentes pedem Armenii substiterunt, cursum et ipse reprimens in vestigiis haesit. Ecce quidam e Rom. exercitu, natione Elurus, facta in hostem incursione, ad Sittam, qui hastam solo infixerat, recurrit ardens. Illam Eluri equus magno ruens impetu confregit: unde gravissimum dolorem animo cepit Magister militum: quem conspicatus quidam Armenius, ut agnovit, sociis asseverat hunc esse Sittam. Forte enim galea caput nudaverat: quo facto hostibus ipse prodidit se illuc venisse, et quidem paucis comitatum. Ea dicentem Armenium simul audiit, quia fracta, ut dixi, hasta humi iacebat,

ἐν τῇ φάραγγι ξίφει ἐς ἄκραν κεφαλὴν ἔτυψε πληγῇ ἐγκαρσίᾳ. καὶ τὸ μὲν βρέγμα ὅλον ἀφείλετο, τοῦ δὲ ὀστέου ὁ σίδηρος οὐδαμῇ ἥψατο. καὶ ὁ μὲν Σίττας ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον πρόσω ἤλαυνεν, Ἀρταβάνης δὲ Ἰωάννου παῖς Ἀρσακίδης ὄπισθεν ἐπιπεσὼν C καὶ παίσας τῷ δόρατι ἔκτεινεν. οὕτω τε ὁ Σίττας ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο οὐδενὶ λόγῳ, ἀναξίως τῆς τε ἀρετῆς καὶ τῶν ἐς τοὺς πολεμίους ἀεὶ πεπραγμένων, ἀνὴρ τό τε σῶμα ἐς ἄγαν καλὸς γεγονὼς καὶ ἀγαθὸς τὰ πολέμια, στρατηγὸς δὲ ἄριστος τῶν καθ' αὐτὸν οὐδενὸς ἥσσων. τινὲς δέ φασι τὸν Σίτταν οὐ πρὸς τοῦ Ἀρταβάνου ἀπολωλέναι, ἀλλὰ Σολομῶνα, λίαν ἐν Ἀρμενίοις ἀφανῆ ἄνδρα, τὸν ἄνθρωπον διαχρήσασθαι.

Τελευτήσαντος δὲ Σίττα Βούζην βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς Ἀρμενίους ἐκέλευεν ἰέναι· ὃς ἐπεὶ ἄγχιστά που ἐγένετο, ἔπεμψε πρὸς αὐτοὺς βασιλεῖ τε καταλλάξειν Ἀρμενίους ὑποσχόμενος ἅπαντας καὶ ὑπὲρ τούτων ἐς λόγους οἱ ἐλθεῖν ἀξιῶν τῶν δοκίμων τινάς. D οἱ μὲν οὖν ἄλλοι οὔτε πιστεύειν τῷ Βούζῃ εἶχον οὔτε τοὺς λόγους ἐνδέχεσθαι τοὺς αὐτοῦ ἤθελον. ἦν δέ τις αὐτῷ μάλιστα φίλος ἀνὴρ Ἀρσακίδης, Ἰωάννης τοὔνομα, Ἀρταβάνου πατήρ, ὃς δὴ τῷ Βούζῃ τότε ἅτε φίλῳ θαρσήσας ξύν τε Βασσάκῃ τῷ κηδεστῇ καὶ ἄλλοις τισὶ παρ' αὐτὸν ἦλθεν· οἳ δὴ ἐν χωρίῳ γενόμενοί τε καὶ αὐλισθέντες, ἔνθα τῷ Βούζῃ τῇ ὑστεραίᾳ ἐντυχεῖν ἔμελλον, V 285 ᾔσθοντο ἐς κύκλωσιν πρὸς τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἥκοντες. πολλὰ

5. τε A. δὲ P. 13. ἐκέλευεν L. ἐκέλευσεν P. 15. τῶν δοκίμων] τοὺς δοκίμους L. 16. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 19. ἅτε om. L.

educto gladio iterum transire vallem aggreditur. Advolant hostes: atque unus ipsum assecutus in valle obliquo ictu verticem percutit demetitque sinciput, osse minime violato acie ferri. Porro Sittas pergebat, equum citans velocius; sed irruens a tergo Artabanes filius Ioannis Arsacides, illum transfixit hasta atque confecit. Ita Sittas temere periit, fato sublatus parum digno virtute sua et rebus in hostes semper praeclare gestis: vir eximia corporis forma praeditus, et cum bellica fortitudine, tum imperandi peritia nemini aetatis suae secundus. Non desunt qui illum dicant non Artabanis manu, sed Solomonis, Armeni ignobilissimi, cecidisse.

Extincto Sitta, Buzem in Armeniam destinat Imperator. Ille iam loco proximus, in quo erant rebelles, pollicetur per internuntios se apud Principem Armenios omnes restituturum in gratiam, et ad colloquium optimates invitat. Plerisque Buzi diffidentibus ac respuentibus ipsius dicta, Artabanis pater Ioannes Arsacides, Buzi amicissimus, huic tanquam amico fidens, ad eum se contulit cum genero suo Bassace aliisque nonnullis. Postquam eo venerunt, sibique sedem optarunt ad nocturnam quietem, ubi postridie cum Buze acturi erant; se in Rom. exercitum delapsos,

μὲν οὖν τὸν Ἰωάννην Βασσάκης ὁ γαμβρὸς ἐλιπάρει δρασμοῦ ἔχεσθαι. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν πείθειν οὐκ εἶχε, μόνον ἐνταῦθα καταλιπὼν ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασι λαθὼν τοὺς Ῥωμαίους, ὁδῷ τῇ αὐτῇ ὀπίσω ἀπήλαυνε. Βούζης τε τὸν Ἰωάννην μόνον εὑρὼν ἔκτεινε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οὔτε τινα ἐλπίδα ἐς Ῥωμαίους Ἀρμένιοι ξυμβάσεως P 93 πέρι τὸ λοιπὸν ἔχοντες οὔτε βασιλέα τῷ πολέμῳ ὑπεραίρειν οἷοί τε ὄντες παρὰ τὸν Περσῶν βασιλέα ἦλθον, Βασσάκου σφίσιν ἡγουμένου, δραστηρίου ἀνδρός. ὧν τότε οἱ πρῶτοι Χοσρόῃ ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἔλεξαν τοιάδε ,,Εἰσὶ μὲν ἡμῶν πολλοὶ Ἀρσακίδαι, ὦ δέσποτα, ἐκείνου Ἀρσάκου ἀπόγονοι, ὃς δὴ οὔτε τῆς Πάρθων βασιλείας ἀλλότριος ἐτύγχανεν ὤν, ἡνίκα ὑπὸ Πάρθοις ἔκειτο τὰ Περσῶν πράγματα, καὶ βασιλεὺς ἐπιφανὴς γέγονε τῶν καθ' αὐτὸν οὐδενὸς ἥσσων. πάρεσμεν δὲ τανῦν εἰς ὑμᾶς ἅπαντες δοῦλοί τε καὶ δραπέται γεγενημένοι, οὐχ ἑκούσιοι μέντοι, ἀλλ' ἠναγκασμένοι ὡς μάλιστα, τῷ μὲν φαινομένῳ ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, B τῷ δὲ ἀληθεῖ λόγῳ ὑπὸ σῆς, ὦ βασιλεῦ, γνώμης. εἴπερ ὁ τὴν ἰσχὺν τοῖς ἀδικεῖν βουλομένοις διδοὺς αὐτὸς ἂν φέροιτο καὶ τὴν αἰτίαν τῶν ἔργων δικαίως. εἰρήσεται δὲ μικρὸν ἄνωθεν ὅπως δὴ ἅπασι παρακολουθεῖν τοῖς πεπραγμένοις δυνήσεσθε. Ἀρσάκης γὰρ ὁ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων βασιλεὺς ὕστατος ἐξέστη τῆς ἀρχῆς τῆς αὑτοῦ Θεοδοσίῳ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι ἑκών γε εἶναι, ἐφ' ᾧ δὴ ἅπαντες οἱ κατὰ γένος αὐτῷ μέλλοντες πάντα

4. βούζης τε L. Βούζης δὲ P. 5. οὔτε — οὔτε] οὐδέ — οὐδὲ P. 6. πέρι] περὶ P. 7. ἦλθον] ἦλθεν L. 19. δυνήσεσθε] δυνήσησθε LHm. 21. αὑτοῦ] αὐτοῦ P.

iam circumveniri sensere. Hic Ioannem rogare etiam atque etiam Bassaces gener ut fugae se commendaret: sed frustra. Quare obstinatum ibi solum relinquens, eadem via cum sociis rediit, clam Romanis. Buzes Ioannem solum nactus, eum occidit. Tunc Armenii spe omni deposita reconciliandae cum Romanis gratiae, cum nequirent superiores armis esse Augusto; duce Bassace viro strenuo Regem Persarum adeunt. Intromissi ad Chosroem eorum principes, verba in hunc fere modum fecerunt. *Arsacidae quidem hic sunt, Domine, non pauci e nostro numero: scilicet Arsacis illius nepotes, qui non erat sanguine alienus Parthorum Regibus, quando his Persae suberant, et quo Regem ipsius aetas nullum tulit illustriorem. Nunc vero in conspectum venimus vestrum, servi omnes, et quidem fugitivi: conditionem istam non amplexi sponte; sed subire coacti, vi, ut quidem apparet, dominationis Romanae; reapse autem voluntate, Rex, tua: si quidem in eum, qui iniuriam inferre volentibus vires praebet, conferri, quae illi perpetrant, iure possunt. Atque ut animo comprehensa res tota teneatur, paulo altius repetemus. Arsaces, is qui Rex fuit postremus e maioribus nostris, Theodosio Rom. Imp. regno suo cessit ultro hac lege, ut omni deinceps aevo quicunque ipsum propinquitate continge-*

τὸν αἰῶνα προσήκειν τά τε ἄλλα βιοτεύσουσι κατ' ἐξουσίαν καὶ φόρου ὑποτελεῖς οὐδαμῆ ἔσονται. καὶ διεσωσάμεθα τὰ ξυγκείμενα, ἕως ὑμεῖς ταύτας πεποίησθε τὰς διαβοήτους σπονδὰς, ἃς C δὴ κοινόν τινα ὄλεθρον καλῶν τις, οἰόμεθα, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. φίλων τε γὰρ καὶ πολεμίων τὸ ἐντεῦθεν ἀφροντιστήσας ἅπαντα ξυνέχεέ τε καὶ ξυνετάραξε τὰ ἀνθρώπεια ὁ σὸς, ὦ βασιλεῦ, τῷ λόγῳ μὲν φίλος, ἔργῳ δὲ δυσμενής. ὅπερ καὶ αὐτὸς οὐκ εἰς μακρὰν εἴσῃ, ἐπειδὰν τάχιστα τοὺς ἑσπερίους οἷός τε ᾖ παντάπασι καταστρέψασθαι. τί γὰρ τῶν πρότερον ἀπειρημένων οὐκ ἔπραξεν; ἢ τί οὐκ ἐκίνησε τῶν εὖ καθεστώτων; οὐχ ἡμῖν μὲν φόρου ἀπαγωγὴν ἔταξεν οὐ πρότερον οὖσαν, καὶ Τζάνους τοὺς ὁμόρους ἡμῖν αὐτονόμους ὄντας δεδούλωται, τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν ἀθλίων Λαζῶν ἄρχοντα Ῥωμαῖον ἐπέστησε; πρᾶγμα οὔτε τῇ φύσει τῶν πραγμάD των ξυμβαῖνον οὔτε λόγῳ ῥᾴδιον ἑρμηνεύεσθαι. οὐ Βοσπορίταις μὲν τοῖς Οὔννων κατηκόοις στρατηγοὺς ἔπεμψε καὶ τὴν πόλιν προσεποιήσατο οὐδὲν αὐτῷ προσῆκον, ὁμαιχμίαν δὲ πεποίηται H 50 πρὸς τὰς τῶν Αἰθιόπων ἀρχὰς, ὧν καὶ ἀνήκοοι τὸ παράπαν Ῥωμαῖοι ἐτύγχανον ὄντες; ἀλλὰ καὶ Ὁμηρίτας τε καὶ θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν περιβέβληται καὶ τὸν φοινικῶνα προστίθησι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ. ἀφίεμεν γὰρ λέγειν τὰ Λιβύων τε καὶ Ἰταλῶν πάθη. ἡ γῆ τὸν ἄνθρωπον οὐ χωρεῖ ξύμπασα· μικρόν ἐστιν αὐτῷ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀνθρώπων κρατεῖν. ὁ δὲ καὶ τὸν αἰθέρα περισκοπεῖ

1. βιοτεύσουσι] βιωτεύσουσι P. 11. Τζάνους] ζάνους L. Zanos RV. 13. ἐπέστησε] ἐπέστησεν L.

rent, cum in caeteris rebus viverent ad arbitrium suum, tum omnium omnino vectigalium immunes forent. Quibus pactis sua vis constitit, donec pacem illam fecistis adeo decantatam; quam, nostra quidem sententia, communem pestem haud male quis appellarit. Ex eo tempore nulla amicorum iuxta hostiumque habita ratione, humana omnia miscuit perturbavitque tuus ille, o Rex, verbo amicus, re infensissimus inimicus: qualem ipse brevi cognosces, simul ac perdomuerit Occidentem. Quid enim ex iis, quae praevetita fuerant, non admisit? quid de rite sancitis non movit? Annon tributum nobis novum, Tzanis finitimis, cum essent liberi, servitutem imposuit? et, quae indignitas est naturae rerum contraria nec verbis facile explicabilis, Ducem Romanum praeposuit miserorum Lazorum Regi? Nonne Ducibus missis ad Bosporitas, Hunnis subditos, ditioni suae urbem adiecit, in quam nihil habebat iuris, ac belli societatem coiit cum principibus Aethiopum, quos Romani ne nomine quidem norant. Quid quod et Homeritas, et mare Rubrum potentia sua complexus est, Romanoque Imperio Palmetum adiunxit. Silentio clades Africae atque Italiae praetermittimus. Tellus hominem universa non capit, eique parum est cunctis mortalibus dominari. Coelum etiam circumspectat, et in alium Orbem ali-

καὶ τοὺς ὑπὲρ τὸν ὠκεανὸν διερευνᾶσθαι μυχούς, ἄλλην αὐτῷ τινα
οἰκουμένην περιποιεῖσθαι βουλόμενος. τί οὖν ἔτι, ὦ βασιλεῦ,
μέλλεις; τί δὲ τὴν κάκιστα ἀπολουμένην εἰρήνην αἰσχύνῃ, ὅπως P 94
δηλαδή σε ὑστάτην ποιήσηται βρῶσιν τῶν ἄλλων ἁπάντων; εἰ
μὲν ἐστί σοι βουλομένῳ μαθεῖν ὁποῖός τις ἂν Ἰουστινιανὸς ἐς τοὺς
αὐτῷ εἴκοντας γένοιτο, ἐγγύθεν σοι τὸ παράδειγμα παρ᾽ ἡμῶν
αὐτῶν ἐστι καὶ τῶν ταλαιπώρων Λαζῶν· εἰ δέ, ὅπως ποτὲ εἴωθε
τοῖς τε ἀγνῶσι καὶ τοῖς οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἠδικηκόσι χρῆσθαι, Βανδί-
λους τε καὶ Γότθους καὶ Μαυρουσίους διαλογίζου. τό τε δὴ κε-
φάλαιον οὔπω λέλεκται. οὐκ Ἀλαμούνδαρον μὲν ἐν σπονδαῖς
τὸν σόν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, δοῦλον ἀπάτῃ τε περιελθεῖν καὶ
βασιλείας ἀποστῆσαι τῆς σῆς ἔργον πεποίηται, Οὔννους δὲ τοὺς
οὐδαμόθεν αὐτῷ γνωρίμους ἐπὶ τοῖς σοῖς ἔναγχος ἑταιρίζεσθαι B
πράγμασιν ἐν σπουδῇ ἔσχε; καίτοι πρᾶξις ἀτοπωτέρα ταύτης οὐ
γέγονεν ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. ἐπειδὴ γὰρ ᾔσθετο, οἶμαι, εἰς
πέρας αὐτῷ ὅσον οὔπω ἀφίξεσθαι τὴν τῶν ἑσπερίων καταστροφήν,
τοὺς ἑῴους ἤδη μετελθεῖν ὑμᾶς ἐγκεχείρηκεν, ἐπεὶ καὶ μόνον ἀπο-
λέλειπται αὐτῷ ἐς ἀγῶνα τὸ Περσῶν κράτος. ἡ μὲν οὖν εἰρήνη
τὸ ἐκείνου μέρος ἤδη σοι λέλυται, καὶ σπονδαῖς αὐτὸς πέρας ταῖς
ἀπεράντοις ἐπέθηκε. λύουσι γὰρ τὴν εἰρήνην οὐχ οἳ ἂν ἐν ὅπλοις V 286
γένοιντο πρῶτοι, ἀλλ᾽ οἳ ἂν ἐπιβουλεύοντες ἐν σπονδαῖς τοῖς πέ-
λας ἁλοῖεν. τὸ γὰρ ἔγκλημα τῷ ἐγκεχειρηκότι, κἂν ἀπῇ τὸ κα- C

3. μέλλεις] μέλει A. 5. τις om. L. 6. εἴκοντας LPm. ἥκοντας P. obtemperantes RV. 8. ἀγνῶσι] ἄλλοις L, qui proxima usque ad παντὸς χρόνου om. 11. τὸν σόν] ταῖς σαῖς A. 18. αὐτῷ Pm. αὐτῶν P.

quam cupiditatem extendens reductos trans Oceanum sinus scrutatur. Quid igitur, o Rex, adhuc differs? Cur pacem illam perditissimam colis, postremus omnium devorandus? Si vis discere qualem se suis praebeat clientibus Iustinianus; vicinum in nobis Lazisque infelicibus exemplum habes, quo docearis; si quaeris quomodo externos, a quibus nullam accepit iniuriam, tractare soleat; in Vandalos, Gotthos, Mauros animum intende. Nondum tamen caput attigimus. Quid non egit post confectam pacem ut Alamundarum servum tuum, Rex optime, fraude circumveniret, et a regno tuo defectione abstraheret? quid nuper, ut sibi in perniciem tuam Hunnos coniungeret nullo usu cognitos? Qua molitione insolentior nulla post homines natos extitit. Enimvero ubi, credo, animadvertit brevi debellatum iri in Occidente, iam ad vos, qui Orientem tenetis, convertit impetum: quoniam nullum modo regnum, praeter Persicum, superest, quod bello petat. Itaque pax, quod ad ipsum attinet, tibi nunc soluta est, et quae in tempus infinitum pacta fuerat, huic ille iam finem dedit. Pacem enim rescindunt non qui arma capiunt primi; sed qui pacis tempore in aliqua adversus vicinos machinatione deprehenduntur. Nam quisquis aggressus est

τορθοῦν, πέπρακται. ὅπη ποτὲ δὲ ὁ πόλεμος χωρήσει παντί που δῆλον. οὐ γὰρ οἱ τὰς αἰτίας τῷ πολέμῳ παρασχόμενοι, ἀλλ' οἱ τοὺς παρασχομένους αὐτὰς ἀμυνόμενοι, κρατεῖν ἀεὶ τῶν πολεμίων εἰώθασιν. οὐ μὴν οὐδὲ ἐξ ἀντιπάλου ἡμῖν τῆς δυνάμεως ὁ ἀγὼν ἔσται. Ῥωμαίοις γὰρ τῶν τε στρατιωτῶν πλείστους πρὸς ταῖς τῆς οἰκουμένης ἐσχατιαῖς ξυμβαίνει εἶναι καὶ δυοῖν στρατηγοῖν, οἵπερ αὐτοῖς ἄριστοι ἦσαν, τὸν ἕτερον μὲν Σίτταν κτείναντες ἥκομεν, Βελισάριον δὲ οὔποτε Ἰουστινιανὸς τὸ λοιπὸν ὄψεται. D οὗπερ ἐκεῖνος ὀλιγωρήσας μεμένηκε πρὸς ταῖς ἡλίου δυσμαῖς, αὐτὸς ἔχων τὸ Ἰταλῶν κράτος. ὥστε σοι ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰόντι ἀπαντήσει τῶν πάντων οὐδείς, ἕξεις δὲ καὶ ἡμᾶς εὐνοίᾳ τε, ὡς τὸ εἰκός, καὶ χωρίων ἐμπειρίᾳ πολλῇ τῷ σῷ στρατῷ ἐξηγουμένους." ταῦτα ἐπεὶ Χοσρόης ἤκουσεν, ἥσθη τε καὶ ξυγκαλέσας εἴ τι ἐν Πέρσαις καθαρὸν ἦν ἐς πάντας ἐξήνεγκεν ἅ τε Οὐίττιγις ἔγραψε καὶ ὅσα οἱ Ἀρμένιοι εἶπον, ἀμφί τε τῷ πρακτέῳ βουλὴν ἔθηκεν. ἔνθα δὴ ἐλέχθησαν μὲν γνῶμαι πολλαὶ ἐφ' ἑκάτερα φέρουσαι, τέλος δὲ πολεμητέα σφίσιν ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ ἐπὶ Ῥωμαίους ἔδοξεν εἶναι. ἦν γὰρ τοῦ ἔτους μετόπωρον, τρίτον καὶ δέκατον ἔτος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος. οὐ μέντοι Ῥωμαῖοι τοῦτο ὑπώπτευον, οὐδὲ δὴ Πέρσας λύσειν ποτὲ τὰς ἀπεράντους καλουμένας σπονδὰς ᾤοντο, καίπερ Χοσρόην ἀκούσαντες τῷ τε σφῶν αὐτῶν βασιλεῖ ἐγκαλεῖν οἷς

14. εἴ τι ἐν Πέρσαις — ἐξήνεγκε] Suidas s. v. καθαρῶς.
16. μὲν om. L.

id repugnans, quia imperata praestare nequit, facile misericordiam movet. Igitur nobis, o Rex, unum hoc sortis deterrimae solatium relinque; ut ne eorum, quae nobis contigere, auctores ipsi extitisse videamur. Tibi satis esse puta quodcunque argenti accepisti, non id tua dignitate ponderans, sed Beroeensium facultate: et absiste urgere nos; ne tuas forte vires coepto impares tuo esse ostendas. Solet enim conatus insanior mulctari frustratione: optimum autem nihil aggredi quod non possis perficere. Haec in praesenti habui quae pro civibus dicerem: quod si mihi copia cum infelicibus illis agendi fiat; ex iis, quae me nunc latent, novum aliquid afferam. His Megas dictis a Chosroe dimissus se ad arcem contulit: ubi quid fonti accidisset audivit, ad Chosroem redit effundens lacrimas: pronus accidit: reliquum Beroeensibus nihil pecuniae factum omni asseveratione affirmat, oratque suppliciter, ut sibi condonentur, quae sola restant, eorum capita. Eius lamentis permotus Chosroes, precibus annuit, ac fidem omnibus, qui in arce erant, iureiurando firmatam dedit. In tantum discrimen deducti Beroeenses, ex arce incolumes egressi sunt, et alius alio, quo libuit, demigrarunt. Eos pauci

B αὐτοῖς τινες εἵποντο, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐθελούσιοι παρὰ Χοσρόην αὐτόμολοι ἦλθον, ἐπικαλοῦντες ὅτι δὴ τὰς συντάξεις χρόνου μακροῦ σφίσι τὸ δημόσιον ὤφλε, καὶ ξὺν αὐτῷ ὕστερον ἐς τὰ Περσῶν ἤθη ἐχώρησαν.

C η'. Ὁ Χοσρόης δὲ (καὶ γάρ οἱ Μέγας χρήματα ἔφασκεν οὐδαμῇ πεπεικέναι Ἀντιοχέας φέρειν) παντὶ τῷ στρατῷ ἐπ' αὐτοὺς ᾔει. Ἀντιοχέων δὲ τινὲς μὲν ἐνθένδε ξὺν τοῖς χρήμασιν ἐξαναστάντες ἔφευγον ὡς ἕκαστός πη ἐδύνατο. ταὐτὸ δὲ τοῦτο διενοοῦντο καὶ οἱ λοιποὶ ξύμπαντες, εἰ μὴ μεταξὺ ἥκοντες οἱ τῶν ἐν Λιβάνῳ στρατιωτῶν ἄρχοντες, Θεόκτιστός τε καὶ Μολάτζης, ξὺν ἑξακισχιλίοις ἀνδράσιν ἐλπίσι τε αὐτοὺς ἐπιρρώσαντες διεκώλυσαν. οὗ δὴ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ τὸ Περσῶν στράτευμα ἦλθεν. ἐνταῦθά τε διεσκηνημένοι ἐστρατοπεδεύσαντο ἅπαντες,
D πρός τε Ὀρόντῃ τῷ ποταμῷ καὶ αὐτοῦ οὐ πολλῷ ἄποθεν. Χοσ-
V 294 ρόης τε Παῦλον παρὰ τὸν περίβολον στείλας τοὺς Ἀντιοχέας χρήματα ᾔτει, δέκα χρυσοῦ κεντηναρίων ἀπαλλαγήσεσθαι ἐνθένδε, ἔνδηλός τε ἦν καὶ τούτων ἐλάσσω ἐπὶ τῇ ἀναχωρήσει ληψόμενος. καὶ τότε μὲν ἥκοντες παρὰ τὸν Χοσρόην οἱ πρέσβεις, εἰπόντες τε ἀμφὶ τῇ διαλύσει τῆς εἰρήνης πολλὰ καὶ πρὸς ἐκείνου ἀκούσαντες ἀνεχώρησαν. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ τῶν Ἀντιοχέων ὁ δῆμος (εἰσὶ γὰρ οὐ κατεσπουδασμένοι, ἀλλὰ γελοίοις τε καὶ ἀταξίᾳ ἱκανῶς ἔχονται) πολλὰ ἐς τὸν Χοσρόην ὕβριζόν τε ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων καὶ ξὺν γέλωτι ἀκόσμῳ ἐτώθαζον· καὶ Παῦλον τοῦ περιβόλου

2. ἐπικαλοῦντες] μεμφόμενοι Suidas s. v. σύνταξις. 10. Μολάτζης] Malazes RV. 22. ἐς τὸν — ἐτώθαζον] Suidas s. v. ἐτώθαζον.

secuti sunt milites: plerique de aerario conquerentes quod sibi iamdiu deberentur stipendia, ultro ad Chosroem et cum eo postmodum in Persidem concesserunt.

8. Inde Chosroes Antiochiam cum exercitu universo petere instituit: quoniam retulerat Megas induci cives non potuisse ut pecuniam darent. Nonnulli iam urbe excesserant, et suas secum asportantes opes, sese alio, utut licebat, receperant. Ac fugam omnes meditabantur, et vero etiam arripuissent, nisi hoc interim spatio Theoctistus et Molatzes, qui praesidiis Libani praeerant, cum militum senis millibus advenissent, speque optima firmando labantes animos, cohibuissent. Adfuerunt subinde Persae, fixisque tentoriis ad fluvium Orontem et in vicinia metati sunt. Chosroes misso ad muros Paulo, eius ore pecuniam imperavit Antiochenis, soluturum se obsidionem recipiens, si modo penderent auri mille pondo: quanquam haud obscurum erat illum minori contentum pretio abiturum. Tum adiere ipsum legati, et cum eo de pace rupta diu collocuti, redierunt. Postera die Antiochena plebs, ut est genus hominum leve et scurrilibus iocis ac petulantiae mire deditum, e murorum pinnis

ἐγγὺς ἥκοντα παραινοῦντά τε χρημάτων ὀλίγων σφᾶς τε αὐτοὺς P 106
καὶ τὴν πόλιν ὠνεῖσθαι ὀλίγου ἐδέησαν τοξεύσαντες κτεῖναι, εἰ μὴ προϊδὼν ἐφυλάξατο. διὸ δὴ ζέων τῷ θυμῷ ὁ Χοσρόης τειχομαχεῖν ἔγνω.

Τῇ οὖν ὑστεραίᾳ ἐπαγαγὼν ἅπαντας Πέρσας ἐπὶ τὸ τεῖχος H 58
ἄλλους μὲν ἄλλῃ προσβάλλειν τοῦ ποταμοῦ ἐκέλευεν, αὐτὸς δὲ τοὺς πλείστους τε καὶ ἀρίστους ἔχων κατὰ τὴν ἄκραν προσέβαλλε. ταύτῃ γάρ, ὥς μοι ἔμπροσθεν ἐρρήθη, ἐπιμαχώτατος ὁ περίβολος ἦν. ἐνταῦθα Ῥωμαῖοι (στενοτάτη γὰρ ἡ οἰκοδομία ἐτύγχανεν οὖσα, ἐφ᾽ ἧς ἱστάμενοι πολεμεῖν ἔμελλον) ἐπενόησαν τάδε. δοκοὺς μακρὰς ἐς ἀλλήλους ξυνδέοντες μεταξὺ τῶν πύργων ἐκρέμων, οὕτω τε πολλῷ εὐρυτέρας δὴ ταύτας τὰς χώρας ἐποίουν, B
ὅπως ἔτι πλείους ἐνθένδε ἀμύνεσθαι τοὺς τειχομαχοῦντας οἷοί τε ὦσιν. οἱ μὲν οὖν Πέρσαι ἰσχυρότατα ἐγκείμενοι πανταχόθεν τὰ τοξεύματα συχνὰ ἔπεμπον, ἄλλως τε καὶ κατὰ τὴν τῆς ἄκρας ὑπερβολήν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἠμύνοντο δυνάμει πάσῃ, οὐ στρατιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ δήμου εὐτολμότατοι νεανίαι πολλοί. ἐδόκουν δὲ οἱ τειχομαχοῦντες ἐνταῦθα ἐς τὴν μάχην ἐκ τοῦ ἀντιπάλου τοῖς πολεμίοις καθίστασθαι. ἡ γὰρ πέτρα, εὐρεῖά τις καὶ ὑψηλὴ οὖσα καὶ ὥσπερ ἀντιτεταγμένη τῷ περιβόλῳ, καθάπερ ἐφ᾽ ὁμαλοῦ εἶναι τὴν ξυμβολὴν ἐποίει. καὶ εἰ μέν τις ἐθάρσησε τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ξὺν τριακοσίοις ἔξω τε γενέσθαι τοῦ περιβόλου

2. ἐδέησαν τοξεύσαντες L. ἐδεήσαντο ξεύσαντες H: unde Hoeschelius coniiciebat λεύσαντες, quod recepit P. 8. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 11. ἐκρέμων] ἐκρέμνων L.

crebra in Chosroem dicteria convitiaque insolenti cum risu iecit, ac Paulum sub moenibus hortantem ut auro modico se atque urbem redimeret, tantum non obruisset lapidibus, nisi is provide sibi cavisset. Quamobrem ira ardens Chosroes muros oppugnare constituit.

Ergo postridie Persis omnibus ad muros accitis, eorum partem ad flavium huc atque illuc inferre iussit oppugnationem: ipse cum maiori numero, et quidem fortissimorum, adortus est murum, qui erat in urbis vertice, atque, ut monui supra, facile poterat expugnari. Hic Romani, quoniam aedificii, ex quo dimicaturi erant, angustiis maxime premebantur, isto usi invento fuerant. Oblongas trabes colligatas apte suspenderant in turrium interstitio, eaque arte spatia illa laxaverant, ut numerosior inde manus oppugnatores arcere posset. Iam Persae acerrime instantes, densas undique sagittas mittebant, praesertim vero in montis culmine: Romani viribus omnibus propugnabant, non modo milites, sed multi etiam e populo adolescentes animosissimi. Ibi autem qui moenia oppugnabant, certare ex aequo cum hostibus videbantur. Nam rupes, quam obtinebant, cum lata editaque esset ac veluti muro opposita, id praestabat, ut quasi in plano confligerent. At si quis e Rom. exercitu

C καὶ τὴν πέτραν ἐκείνην προτερήσας καταλαβεῖν, ἐνθένδε τοὺς
ἐπιόντας ἀμύνασθαι, οὐκ ἄν ποτε, οἶμαι, πρὸς τῶν πολεμίων
ἐς κίνδυνόν τινα ἡ πόλις ἦλθεν. οὐ γὰρ εἶχον ὅθεν ὁρμώμενοι
τειχομαχοῖεν οἱ βάρβαροι, κατὰ κορυφὴν ἔκ τε τῆς πέτρας καὶ
ἀπὸ τοῦ τείχους βαλλόμενοι· νῦν δὲ (καὶ γὰρ ἔδει Ἀντιοχέας
τούτῳ τῷ Μήδων στρατῷ ἀπολέσθαι) οὐδενὶ τοῦτο ἐς ἔννοιαν
ἦλθε. τῶν μὲν οὖν Περσῶν, ἅτε Χοσρόου παρόντος σφίσι καὶ
κραυγῇ ἐγκελευομένου μεγάλῃ, ὑπὲρ δύναμιν βιαζομένων, καὶ
οὐδένα τοῖς ἐναντίοις ἐνδιδόντων καιρὸν, ὥστε διασκοπεῖσθαι ἢ
φυλάσσεσθαι τὰς τοξευμάτων βολὰς, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἔτι μᾶλ-
λον πλήθει τε πολλῷ καὶ θορύβῳ ἀμυνομένων, οὐκ ἐνεγκοῦσαι τὸ
D ἄχθος αἱ σχοῖνοι, αἷς αἱ δοκοὶ ξυνδεδέατο, διεῤῥάγησαν ἐκ τοῦ
αἰφνιδίου καὶ ξὺν ταῖς δοκοῖς ἅπαντες ὅσοι αὐταῖς ἐφεστήκεσαν ἐς
τὸ ἔδαφος ἐξέπεσον πατάγῳ πολλῷ. οὗ δὴ αἰσθόμενοι καὶ ἄλλοι
Ῥωμαίων, οἳ ἐκ πύργων τῶν ἐχομένων ἐμάχοντο, καὶ ξυμβάλλειν
μὲν τὸ γεγονὸς οὐδαμῆ ἔχοντες, διεφθάρθαι δὲ ταύτῃ τὸ τεῖχος
οἰόμενοι ἐς φυγὴν ὥρμηντο. τοῦ μὲν οὖν δήμου νεανίαι πολ-
λοὶ, ὅσοι τὰ πρότερα πρός γε ἀλλήλους στασιάζειν ἐν τοῖς ἱππο-
δρομίοις εἰώθεσαν, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ περιβόλου κατέβησαν, οὐ-
P 107 δαμῆ ἔφευγον, ἀλλ' αὐτοῦ ἔμενον· οἱ δὲ στρατιῶται ξύν τε Θεο-
κτίστῳ καὶ Μολάτζῃ εὐθὺς ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναθορόντες, οἳ δὴ
ἐνταῦθά πῃ παρεσκευασμένοι ἐτύγχανον, ἐπὶ τὰς πύλας ἀπήλαυ-
νον, Βούζην αὐτοῖς ἐπιθρυλοῦντες ξὺν στρατῷ ἥκειν, ἐθέλειν τε

23. ἐπιθρυλοῦντες A. ἐπιθρυλλοῦντες P.

cum trecentis viris ante egredi, et illa occupata rupe, inde ausus esset repellere accedentes, fuisset urbs, meo quidem iudicio, ab hostili periculo plane tuta. Neque enim locum Barbari, unde in moenia darent impetum, habuissent, desuper hinc e saxo, illinc e muro telis petiti. Verum hoc nemini in mentem venit: scilicet certum exitium Antiochiam manebat, ab illo Persarum exercitu inferendum: qui dum Regis praesentia, hortatibus, clamoribus incensi supra vires vim faciunt, nec vitandi tela aut etiam praevidendi ullum dant spatium hostibus; hi contra dum conferti, magis quidem ac magis, sed tumultuose resistunt, non sufficientes ponderi funes, quibus connexae trabes erant, repente rumpuntur. Quicunque trabibus superstabant, earum ruinam secuti, ad solum cum ingenti fragore corruunt. Quo ab iis audito, qui e turribus proximis depugnabant, cum quid rei esset diiudicare non possent, murum ea parte convulsum rati, se in fugam dederunt. Postquam e muro descensum est, adolescentes e populo plurimi, qui antea in factiones Circenses divisi contendere solebant, non fugerunt, sed constantes haeserunt in vestigiis: milites vero cum Theoctisto ac Molatze, equis illico, qui praesto aderant, conscensis, cursum ad portas intenderunt, spargentes in vulgus adesse Buzem cum copiis; velle se quamprimum illas in urbem accipere,

κατὰ τάχος δέξασθαι μὲν αὐτοὺς τῇ πόλει, ξὺν αὐτοῖς δὲ τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι. ἐνταῦθα τῶν Ἀντιοχέων πολλοὶ μὲν ἄνδρες, γυναῖκες δὲ πᾶσαι ξὺν τοῖς παιδίοις, ἐπὶ τὰς πύλας δρόμῳ πολλῷ ᾔεσαν· εἶτα πρὸς τῶν ἵππων ὠθούμενοι ἅτε ἐν στενοχωρίᾳ πολλῇ ἔπιπτον. οἱ δὲ στρατιῶται τῶν ἐν ποσὶν οὐδενὸς τὸ παράπαν φειδόμενοι ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ὕπερθεν τῶν κειμένων ἅπαντες ἤλαυνον, γέγονέ τε φόνος ἐνταῦθα πολὺς ἄλλως τε καὶ κατὰ τὰς πύλας αὐτάς.

Οἱ δὲ Πέρσαι, οὐδενὸς σφίσιν ἀντιστατοῦντος, κλίμακας B V 295 ἐπιθέντες ἐπὶ τὸ τεῖχος οὐδενὶ πόνῳ ἀνέβαινον. ἔν τε ταῖς ἐπάλξεσι κατὰ τάχος γενόμενοι χρόνον τινὰ καταβαίνειν οὐδαμῇ ἤθελον, ἀλλὰ διασκοπουμένοις τε καὶ ἀπορουμένοις ἐῴκεσαν· ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, προλοχίζεσθαι τὰς δυσχωρίας ἐνέδραις τισὶ τῶν πολεμίων ὑποτοπάζοντες. τὰ γὰρ ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἀπὸ τῆς ἄκρας εὐθὺς κατιόντι λοιπὸν ἀοίκητος χώρα ἐπὶ πλεῖστόν ἐστι. πέτραι δὲ ὑψηλαὶ ἀνέχουσιν ἐνταῦθα καὶ τόποι κρημνώδεις. ἔνιοι δέ φασι Χοσρόου γνώμῃ γεγονέναι ἐνταῦθα τὴν μέλλησιν Πέρσαις. ἐπειδὴ γὰρ τήν τε δυσχωρίαν κατενόησε καὶ τοὺς στρατιώτας φεύγοντας εἶδεν, ἔδεισε μή τινι ἀνάγκῃ ἐκ τῆς ὑπαγωγῆς ἀνα- C στρέψαντες πράγματα σφίσι παράσχωνται, ἐμπόδιοί τε γένωνται, H 59 ἂν οὕτω τύχοι, πόλιν ἑλεῖν ἀρχαίαν τε καὶ λόγου ἀξίαν καὶ πρώτην Ῥωμαίοις οὖσαν τῶν κατὰ τὴν ἕω πασῶν πόλεων, πλούτῳ τε καὶ μεγέθει καὶ πολυανθρωπίᾳ καὶ κάλλει καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμο-

6. ὕπερθεν] ὕπερθε L. 17. ἐνταῦθα om. L.

hostemque iunctis viribus propulsare. Exciti his Antiocheni, ad portas viri non pauci et foeminae pleraeque omnes cum pueris concurrunt: viarum angustiis arctati ab equis truduntur, sternuntur, teruntur, militibus obvio parcentibus nemini, et citatius superiacentium corpora eques agentibus. Hic multa, maxime ad portas, edita strages.

Persae muro scalis nemine prohibente admotis nullo ascenderunt negotio, cumque ad pinnas celeriter evasissent, inde aliquandiu recusarunt descendere, explorantibus ac dubitantibus similes, atque, ut equidem interpretor, ab hoste positas in locis confragosis insidias suspicantes. Nam intra muros continuo declivis est a montis cacumine locus, et late vacat, saxis arduis ac praecipitiis horridus. Sunt qui Persas ibi moram de sententia Chosrois fecisse memorent. Postquam enim aspreta illa et militum fugam perspexit, veritus est ne si viam convertere cogerentur, negotium Persis ac forte impedimentum afferrent, quominus urbem antiquam atque spectandam, et civitatum omnium, quae in Oriente Romanis parent, opibus, magnitudine, civium frequentia, pulchritudine, caeterisque rebus, quibus florere possunt, facile principem obtineret. Prae hoc

νίᾳ. οὗ δὴ, περὶ ἐλάσσονος τἆλλα ποιούμενος ἅπαντα, ἤθελε τοῖς Ῥωμαίων στρατιώταις καιρὸν ἐνδιδόναι, ὥστε κατ' ἐξουσίαν τῇ φυγῇ χρῆσθαι. διὸ δὴ καὶ ταῖς χερσὶ τοῖς φεύγουσι Πέρσαι σημαίνοντες ἐνεκελεύοντο φεύγειν ὡς τάχιστα. οἱ μὲν οὖν στρατιῶται Ῥωμαίων ξὺν τοῖς ἄλλοις ἄρχουσιν ἀπιόντες ᾤχοντο ἅπαν-
D τες διὰ πύλης, ἣ ἐπὶ Δάφνην ἄγει τὸ τῶν Ἀντιοχέων προάστειον. ταύτης γὰρ μόνης, τῶν ἄλλων κατειλημμένων, ἀπέσχοντο Πέρσαι· τοῦ δὲ δήμου ὀλίγοι τινὲς ξὺν τοῖς στρατιώταις διέφυγον. ἐπεὶ δὲ Πέρσαι ἅπαντας τοὺς Ῥωμαίων στρατιώτας εἶδον πρόσω χωρήσαντας, καταβάντες ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐν μέσῃ πόλει ἐγένοντο. ἐνταῦθα δὲ αὐτοῖς τῶν Ἀντιοχέων νεανίαι πολλοὶ ἐς χεῖρας ἐλθόντες τὰ πρῶτα καθυπέρτεροι ἔδοξαν τῇ ξυμβολῇ εἶναι. ἦσαν δὲ αὐτῶν τινὲς μὲν ὁπλῖται, οἱ δὲ πλεῖστοι γυμνοὶ καὶ λίθων βολαῖς χρώμενοι μόναις. ὠσάμενοι δὲ τοὺς πολεμίους ἐπαιάνιζόν τε καὶ Ἰουστινιανὸν βασιλέα καλλίνικον, ἅτε νενικηκότες, ἀνέκραγον.

Ἐν τούτῳ δὲ Χοσρόης ἐν πύργῳ τῷ κατὰ τὴν ἄκραν καθή-
P 108 μενος τοὺς πρέσβεις ἐθέλων τι εἰπεῖν μετεπέμψατο. καὶ αὐτῶν τῶν τις ἀρχόντων, ὁ Ζαβεργάνης, οἰόμενος ξυμβάσεως πέρι βούλεσθαι τοῖς πρέσβεσιν ἐς λόγους ἰέναι, ἐς ὄψιν τε τῷ βασιλεῖ κατὰ τάχος ἦλθε καὶ ἔλεξεν ὧδε· „Οὐχὶ ταὐτά μοι δοκεῖς, ὦ δέσποτα, Ῥωμαίοις ἀμφὶ τῇ τούτων σωτηρίᾳ γινώσκειν. οἱ μὲν γὰρ καὶ πρὸ τοῦ κινδύνου ὑβρίζουσιν ἐς τὴν βασιλείαν τὴν σὴν καὶ ἡσσημένοι τολμῶσί τε τὰ ἀμήχανα καὶ δρῶσι τοὺς Πέρσας

4. ἐνεκελεύοντο] „ἀνεκελεύοντο Reg.“ Malt. 22. τοῦ κινδύνου] „τῶν κινδύνων Reg.“ Malt.

in postremis habens alia quaevis Chosroes, Romano militi fugam permittere voluit, ad quam maturandam Persae iactatione manuum incitabant. Itaque cum Ducibus Romani milites exiere omnes per eam portam, quae Daphnen (id suburbium est Antiochiae) ducit: hac enim unam Persae liberam, caeteris occupatis, reliquerant. E populo aufugere nonnulli cum militibus: quos Persae ubi longius provectos viderunt, descendentes e montis fastigio, intulerunt se in mediam urbem. Hic adolescentum Antiochenorum examen cum hoste manum ita conseruit, ut vincere initio videretur. Armati quidam, plerique inermes erant, ac lapidibus solum utebantur: iam tamen Persas repulerant, et paeana canentes Iustinianum Aug. tanquam victores callinicum proclamabant.

Interea Chosroes in turri sedens summo monti imposita, et in animo habens quippiam legatis dicere, eos acciri iubet. Tum unus e ducibus Zaberganes, ratus velle Regem cum Legatis pacta componere, ipsum protinus adit, itaque affatur. *Mihi non videris, Domine, idem cum Romanis sentire et statuere de ipsorum salute. Nam et ante Martis discrimen contumeliosi in Maiestatem tuam fuerunt, et victi iam nihil non supra vires audent, atque in Persas implacabiliter furunt, quasi verean-*

ἀνήκεστα ἔργα, ὥσπερ δεδιότες μή τις αὐτοῖς παρὰ σοὶ φιλανθρωπίας λελείψεται λόγος· σὺ δὲ τούς τε σώζεσθαι οὐκ ἀξιοῦντας ἐλεεῖν βούλει καὶ φείδεσθαι τῶν οὐδαμῆ ἐθελόντων ἐσπούδακας. B οἱ δὲ προλοχίσαντες ἐν ἁλούσῃ πόλει τοὺς νενικηκότας ἐνέδραις τισὶ διαφθείρουσι, καίπερ ἁπάντων αὐτοῖς πάλαι πεφευγότων στρατιωτῶν." ταῦτα ὁ Χοσρόης ἀκούσας, τῶν ἀρίστων πολλοὺς ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν, οἳ οὐκ ἐς μακρὰν ἐπανήκοντες οὐδὲν ξυμβῆναι φλαῦρον ἀπήγγελον. ἤδη γὰρ Ἀντιοχέας Πέρσαι βιασάμενοι πλήθει ἐτρέψαντο, καὶ γέγονε φόνος ἐνταῦθα πολύς. οἱ γὰρ Πέρσαι οὐδεμιᾶς ἡλικίας φειδόμενοι τοὺς ἐν ποσὶν ἅπαντας ἡβηδὸν ἔκτεινον. τότε φασὶ γυναῖκας τῶν ἐπιφανῶν ἐν Ἀντιοχεῦσι δύο γενέσθαι μὲν ἔξω τοῦ περιβόλου, αἰσθομένας δὲ ὡς C ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενήσονται (πανταχόσε γὰρ ἤδη περιιόντας καθεωρῶντο) δρόμῳ μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν Ὀρόντην ἐλθεῖν, φοβουμένας δὲ μή τι σφᾶς ἐς τὸ σῶμα ὑβρίσωσι Πέρσαι, ταῖς τε καλύπτραις ἐγκαλυψαμένας τὰ πρόσωπα καὶ ἐς τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῦμα ἐμπεσούσας ἀφανισθῆναι. οὕτω πᾶσα κακοῦ τοὺς Ἀντιοχέας ἰδέα ἔσχεν.

θ'. Ἐνταῦθα ὁ Χοσρόης τοῖς πρέσβεσιν ἔλεξε τοιάδε V 296 D „Οὐκ ἔξω τοῦ ἀληθοῦς τὸν παλαιὸν λόγον οἴομαι εἶναι, ὅτι δὴ οὐκ ἀκραιφνῆ τὰ ἀγαθὰ ὁ θεός, ἀλλὰ κεραννύων αὐτὰ τοῖς κακοῖς εἶτα τοῖς ἀνθρώποις παρέχεται. καὶ δι' αὐτὸ οὐδὲ τὸ γελᾶν ἄκλαυστον ἔχομεν, παραπέπηγε δέ τις ἀεὶ τοῖς μὲν εὐτυχήμασι

11. ἐν] ἐν om. AH. 22. οὐδὲ] οὔτε P.

tur ne quem sibi apud te locum reliquum faciant implorandae benignitatis tuae. Tu vero servari renuentium misereri vis, ac veniam refugientibus parcere studes. At illi praesidiariis omnibus fuga dudum elapsis, in urbe capta occuparunt insidias, unde victoribus perniciem afferunt. Talibus auditis Chosroes contra illos manum validam lectissimorum destinat: qui brevi reversi salva omnia nuntiarunt. Iam enim superiores numero Persae Antiochenos fuderant. Strages fuit maxima: nulli enim parcentes aetati Persae, obvios quosque, quocunque in gradu aevi fuerint, trucidarunt. Quo tempore geminas illustrium Antiochiae civium uxores ferunt urbe egressas cum in manus hostium, quos iam ubique circumcursantes videbant, venturas se intelligerent, et ab iis metuerent turpem in corpora sua vim, ad fluvium Orontem cucurrisse, vultus obnupsisse flammeolis, et in profluentem praecipites periisse. Ita Antiochia genus omne calamitatis accepit.

9. Tum accitis legatis Chosroes si verba fecit. *Verum est, mea quidem sententia, vetus illud verbum, quo fertur, bona Deum non pura, sed malis mista largiri mortalibus. Hinc fit ut lacrimosum habeamus risum, et adhaerescant semper faustis eventibus infaustum aliquid, ac ce-*

*συμφορὰ, ταῖς δὲ ἡδοναῖς λύπη, οὐκ ἐῶσαί τινα γνησίας ποτὲ
τῆς δεδομένης εὐημερίας ἀπόνασθαι. πόλιν γὰρ τήνδε, ἀξιολο-
γωτάτην ἐς τὰ μάλιστα λεγομένην τε καὶ οὖσαν ἐν γῇ τῇ Ῥω-
μαίων, ἀπονώτατα μὲν ἑλεῖν ἴσχυσα, τοῦ θεοῦ αὐτοσχεδιάσαντος
ἡμῖν, ὡς ὁρᾶτε, δήπου τὴν νίκην. φόνον μέντοι ἀνθρώπων
ὁρῶντί μοι τοσούτων τὸ πλῆθος, αἵματί τε πολλῷ βεβαπτισμένον
τὸ τρόπαιον, οὐδεμία τῆς ἀπὸ τῆς πράξεως ἡδονῆς γέγονεν αἴ-*
P 109 *σθησις. καὶ τῶνδε οἱ ταλαίπωροι Ἀντιοχεῖς αἴτιοι, οἵ γε τειχο-
μαχοῦντας μὲν οὐχ οἷοί τε γεγόνασι Πέρσας ἀπώσασθαι, πρὸς δὲ
νενικηκότας ἤδη καὶ αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἑλόντας θράσει θανα-
τῶντες ἀλογίστῳ ξυγομαχεῖν ἔγνωσαν. πάντες μὲν οὖν οἱ Περ-
σῶν δόκιμοι πολλὰ ἐνοχλοῦντες σαγηνεῦσαί τέ με τὴν πόλιν ἠξίουν
καὶ ξύμπαντας διαφθεῖραι τοὺς ἡλωκότας, ἐγὼ δὲ τοὺς φεύγον-*
H 60 *τας ἐκέλευον εἰς τὴν ὑπαγωγὴν μᾶλλον ὁρμᾶν, ὅπως ὅτι τάχιστα
σώζοιντο. τὸ γὰρ ἐπεμβαίνειν τοῖς ἡλωκόσιν οὐχ ὅσιον.“ το-
σαῦτα μὲν ὁ Χοσρόης τερατευόμενός τε καὶ διαθρυπτόμενος τοῖς
πρέσβεσιν εἶπεν, οὐκ ἔλαθε μέντοι αὐτοὺς ὅτων ἕνεκα τὸν καιρὸν
φεύγουσι τοῖς Ῥωμαίοις ἐνδοίη.*

B *Ἦν γὰρ δεινότατος ἀνθρώπων ἁπάντων τὰ μὲν οὐκ ὄντα
εἰπεῖν, τὰ δὲ ἀληθῆ ἐπικρύψασθαι, καὶ ὧν αὐτὸς ἐξημάρτανε
τὰς αἰτίας τοῖς ἠδικημένοις ἐπενεγκεῖν· ἔτι δὲ ὁμολογῆσαι μὲν
ἕτοιμος ἅπαντα καὶ ὅρκῳ τὴν ὁμολογίαν πιστώσασθαι, λίαν δὲ
τῶν ἔναγχος αὐτῷ ξυγκειμένων τε καὶ ὀμωμοσμένων ἑτοιμότερος*

7. τῆς L. τις P.

luptatibus aegritudo, quae neminem sincera laetitia vitaeque felicitate perfrui sinat. Ego sane urbem et fama et reipsa in Romano Imperio nobilissimam cepi facillime, a Deo nempe concessa nobis victoria, ut cernitis, extemporali. Verumenimvero tot hominum caedem et in multo demersum sanguine trophaeum spectanti mihi, nullum voluptatis sensum gesta res attulit. Huius autem calamitatis causa in miseros Antiochenos refundenda est: qui Persis oppugnatoribus propellendis impares, cum iisdem iam victoribus ac primo impetu potitis urbe, decreverunt contendere, ultro in mortem ruentes malesana audacia. Qua irritati nobiles Persae permoleste instabant, ut civitatem indagine cingerem, captosque addicerem internecioni. Ego vero fugientes, ut quamprimum incolumes evaderent, ad celerandum gradum incitabam; cum nefas esse ducerem captis crudeliter insultare. **Ea Chosroes prodigioso mendacio dolorem fingens, fracta voce legatis dixit; quos non latebat cur fugiendi spatium Romanis dedisset.**

Ille et vana loqui, et celare verum, suaque crimina in eos, quos inique oppresserat, transferre mortalium omnium callebat. Nihil non prompte prolixeque pollicebatur, et iuramento faciebat promissi fidem: at rursus idem pacta conventa, iurataque nudiustertius, multo promptius

ἐς λήθην ἀφῖχθαι, καὶ χρημάτων μὲν ἕνεκεν ἐπὶ πᾶν ἄγος καθεῖναι τὴν ψυχὴν ἄοκνος, τῷ δὲ προσώπῳ σχηματίζεσθαι τὴν εὐλάβειαν ἀτεχνῶς ἔμπειρος, ἀφοσιοῦσθαί τε τῷ λόγῳ τὴν πρᾶξιν. ὃς καὶ Σουρηνοὺς, πρότερον οὐδὲν τὸ παράπαν ἠδικηκότας, δόλῳ τε περιελθὼν καὶ τρόπῳ ἀπολέσας τῷ εἰρημένῳ, ἐπειδὴ γυναῖκα κοσμίαν τε καὶ οὐκ ἀφανῆ ἁλισκομένης τῆς πόλεως εἶδεν ἐκ C χειρὸς μὲν τῆς ἀριστερᾶς πρός του τῶν βαρβάρων ἑλκομένην ξὺν πολλῇ βίᾳ, παιδίον δὲ, ὅπερ αὐτῇ ἄρτι τοῦ τιτθοῦ ἀπαλλαγὲν, ἀφεῖναι μὲν οὐ βουλομένην, ἕλκουσαν δὲ θατέρᾳ χειρὶ ἐμπεπτωκὸς ἐς τὸ ἔδαφος, ἐπεί οἱ ξυντρέχειν οὐχ οἷόν τε ἦν τοῦτον δὴ τὸν βίαιον δρόμον, τὸν οἰκεῖον κἀνταῦθα ἐνδέδεικται τρόπον. φασὶ γὰρ αὐτὸν στενάξαντα δῆθεν τῷ λόγῳ, δόκησίν τε ὡς εἴη δεδακρυμένος παρεχόμενον τοῖς τότε παροῦσιν ἄλλοις τε καὶ Ἀναστασίῳ τῷ πρεσβευτῇ εὔξασθαι τὸν θεὸν τίσασθαι τὸν τῶν γεγονότων κακῶν αἴτιον. Ἰουστινιανὸν δὲ τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα παραδηλοῦν ἤθελεν, ἐξεπιστάμενος ὅτι δὴ αὐτὸς αἰτιώτατος ἁπάντων εἴη. τοσαύτῃ χρώμενος φύσεως ἀτοπίᾳ Χοσρόης D βασιλεύς τε Περσῶν γέγονε (Ζάμου τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ δαιμονίου πηρώσαντος, ὅσπερ τῷ χρόνῳ τὰ πρωτεῖα ἐς τὴν βασιλείαν ἐφέρετο μετά γε τὸν Καόσην, ὅνπερ οὐδενὶ λόγῳ ἐμίσει Καβάδης) καὶ πόνῳ οὐδενὶ τῶν οἱ ἐπαναστάντων ἐκράτησε, κακά τε Ῥωμαίους ὅσα ἐβούλευσεν εὐπετῶς ἔδρασε. βουλομένη γάρ τινα μέγαν ἀεὶ ποιεῖν ἡ τύχη πράσσει τοῖς καθήκουσι χρόνοις τὰ δό-

2. ᾄοκνος A. ἀόκνως P.

obliterabat. Pecuniae causa animum facile proiiciebat in quodvis piaculi genus; cum tamen vultum larva religionis indueret, ac facinus lingua scientissime detestaretur. Surenis, a quibus nulla affectus iniuria fuerat, perfide circumscriptis, et male, ut supra narratum est, perditis, ubi modestam neque obscuro loco natam matronam vidit, urbe capta, violenter sinistra trahi a quodam barbaro, dum ipsa puellum ab ubere recentem nolens dimittere, humi lapsum extentumque altera manu traheret, quoniam aequis passibus tam rapidum sequi cursum minime poterat; ingenium hic suum ostendit. Etenim verba gemitibus, utique fictis, interscindens, et cum aliis multis, qui aderant, tum Anastasio legato speciem praebens illacrimantis, Deum ultorem fertur precatus auctori malorum eiusmodi. Iustinianum Rom. Imperatorem designabat; quamvis probe sciret omnium causam in se maxime residere. Adeo perversa indole praeditus Chosroes Persarum regnum obtinuit; cum Zamem fors mala orbasset oculo, alioquin aetatis praerogativa ad regiam dignitatem venturum post Caosem, quem Cabades immeritissimo oderat. Nullo etiam labore rebelles perdomuit, nec mali quidquam meditatus est in Romanos, quod non intulerit ipsis facile. Nimirum quoties vult Fortuna quempiam ad summa evehere, statuto idoneoque tempore perficit cogita-

ξαντα, οὐδενὸς τῇ ῥύμῃ τῆς βουλήσεως ἀντιστατοῦντος, οὔτε τὸ τοῦ ἀνδρὸς διασκοπουμένη ἀξίωμα οὔτε ὅπως μὴ γένηταί τι τῶν
P 110 οὐ δεόντων λογιζομένη, οὐδὲ ὅτι βλασφημήσουσιν ἐς αὐτὴν διὰ ταῦτα πολλοὶ τὸ γεγονὸς αὐτῇ παρὰ τὴν ἀξίαν τοῦ τῆς χάριτος τετυχηκότος χλευάζοντες οὐδὲ ἄλλο τῶν πάντων οὐδὲν ἐν νῷ ποιουμένη, ἢν τὸ δόξαν αὐτῇ περαίνοιτο μόνον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον ἐχέτω.

V 297 Χοσρόης δὲ τὸ μὲν στράτευμα τῶν Ἀντιοχέων τοὺς περιόντας ζωγρεῖν καὶ ἀνδραποδίζειν ἐκέλευε καὶ τὰ χρήματα πάντα ληίζεσθαι, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς πρέσβεσιν ἐς τὸ ἱερὸν ἀπὸ τῆς ἄκρας κατέβαινεν, ὅπερ ἐκκλησίαν καλοῦσιν. ἐνταῦθα κειμήλια χρυ-
B σοῦ τε καὶ ἀργύρου τοσαῦτα τὸ πλῆθος ὁ Χοσρόης εὗρεν ὥστε τῆς λείας οὐδὲν ὅτι μὴ τὰ κειμήλια ταῦτα λαβὼν πλούτου τι μέγεθος περιβεβλημένος ἀπιὼν ᾤχετο. καὶ μάρμαρά τε πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἐνθένδε ἀφελὼν ἔξω τοῦ περιβόλου ἐκέλευε κατατίθεσθαι, ὅπως καὶ ταῦτα ἐς τὰ Περσῶν ἤθη κομίσωνται. ταῦτα διαπεπραγμένος ξύμπασαν τὴν πόλιν ἐμπρῆσαι Πέρσαις ἐπέστελλε. καὶ αὐτοῦ οἱ πρέσβεις ἐδέοντο τῆς ἐκκλησίας ἀπέχεσθαι μόνης, ἧς τὰ λύτρα κεκομισμένος διαρκῶς εἴη. ὁ δὲ τοῦτο τοῖς πρέσβεσι συγκεχωρηκὼς τἆλλα καίειν ἐκέλευε πάντα, ὀλίγους τέ τινας αὐτόθι ἀπολιπὼν τοὺς τὴν πόλιν ἐμπρήσοντας αὐτὸς ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπεχώρησεν, οὗ καὶ πρότερον διεσκηνημένοι ἐτύγχανον.

16. κομίσωνται L. κομίσονται P. 19. „κεκομισμένος Reg." Malt. κομισάμενος P.

ta: nullum obicem patiente voluntatis illius vi: non attendit hominis meritum: non laborat ne quid fiat absurdius: non curat maledicta, quibus ipsam plerique figent, ridentes collatam erga indignum gratiam: denique nullius rei rationem habet, dummodo propositum assequatur. Verum haec deo permittamus.

Porro edixit exercitui Chosroes, ut Antiochenos, quicunque superarant, servarent vivos, et in servitutem redigerent: eorum etiam fortunas omnes ad praedam proposuit. Tum ex arce in templum quod vocant ecclesiam, cum legatis descendit: ubi aureae argenteaeque supellectilis vim tantam nactus est, ut quamvis praeter illam nihil aliud sibi legerit e manubiis; magno tamen opere ditatus exierit. Plurima quoque marmora exquisitissima inde deripi, extraque urbem reponi iussit, in Persidem avehenda. His peractis, totius civitatis incendium Persis imperat. Quamquam rogantibus legatis, ut uni admodum ecclesiae parceret, pro cuius redemptione sat magnum pretium iam accepisset, annuit: caetera flammis addixit; ac relictis in urbe incendiariis, cum caeteris Persis omnibus in castra, ubi prius tetenderant, se recepit.

ι'. Τούτου τοῦ πάθους χρόνῳ τινὶ πρότερον τέρας ὁ θεὸς C ἐνδειξάμενος τοῖς ταύτῃ ᾠκημένοις ἐσήμηνε τὰ ἐσόμενα. τῶν γὰρ στρατιωτῶν, οἵπερ ἐνταῦθα ἐκ παλαιοῦ ἵδρυντο, τὰ σημεῖα πρότερον ἑστῶτα πρὸς δύοντά που τὸν ἥλιον, ἀπὸ ταὐτομάτου στραφέντα πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἔστησαν, ἐς τάξιν τε αὖθις ἐπανῆκον τὴν προτέραν οὐδενὸς ἁψαμένου. ταῦτα οἱ στρατιῶται ἄλλοις τε πολλοῖς ἄγχιστά που παροῦσι καὶ τῷ χορηγῷ τῆς τοῦ στρατοπέδου δαπάνης ἔδειξαν, ἔτι τῶν σημείων κραδαινομένων. ἦν δὲ οὗτος ἀνήρ, Τατιανὸς ὄνομα, ξυνετὸς μάλιστα, ἐκ Μό- H 61 ψου ἑστίας ὁρμώμενος. ἀλλ' οὐδ' ὣς ἔγνωσαν οἱ τὸ τέρας τοῦτο ἰδόντες ὡς δὴ ἐκ βασιλέως τοῦ ἑσπερίου ἐπὶ τὸν ἑῷον τὸ τοῦ χωρίου ἀφίξεται κράτος, ὅπως δηλαδὴ διαφυγεῖν μηδεμιᾷ μηχανῇ δύνωνται οὕσπερ ἔδει ταῦτα, ἅπερ ξυνηνέχθη, παθεῖν. ἐγὼ δὲ ἰλιγγιῶ πάθος τοσοῦτο γράφων τε καὶ παραπέμπων ἐς μνήμην τῷ μέλλοντι χρόνῳ, καὶ οὐκ ἔχω εἰδέναι τί ποτε ἄρα βουλομένῳ τῷ P 111 θεῷ εἴη πράγματα μὲν ἀνδρὸς ἢ χωρίου του ἐς ὕψος ἐπαίρειν, αὖθις δὲ ῥίπτειν τε αὐτὰ καὶ ἀφανίζειν ἐξ οὐδεμιᾶς ἡμῖν φαινομένης αἰτίας. αὐτῷ γὰρ οὐ θέμις εἰπεῖν μὴ οὐχὶ ἅπαντα κατὰ λόγον ἀεὶ γίγνεσθαι, ὃς δὴ καὶ Ἀντιόχειαν τότε ὑπέστη ἐς τὸ ἔδαφος πρὸς ἀνδρὸς ἀνοσιωτάτου καταφερομένην ἰδεῖν, ἧς τό τε κάλλος καὶ τὸ ἐς ἅπαντα μεγαλοπρεπὲς οὐδὲ νῦν ἀποκρύπτεσθαι παντάπασιν ἔσχεν. ἡ μὲν οὖν ἐκκλησία καθαιρεθείσης τῆς πόλεως ἐλείφθη μόνη, πόνῳ τε καὶ προνοίᾳ Περσῶν, οἷς τὸ ἔργον ἐπέκειτο τοῦτο. ἐλείφθησαν δὲ καὶ ἀμφὶ τὸ λεγόμενον κεραταῖον B

10. Istius calamitatis signum aliquanto ante dederat Deus, et loci incolas praemonuerat hoc ostento. Fixa ad occasum spectabant signa militaria praesidii veteris, cum repente ad ortum se ipsa verterunt steteruntque: ac rursus tangente nemine ad pristinum situm redierunt. Quod milites tum multis aliis astantibus, tum Tatiano Mopsuesteno, Quaestori castrensi et singulari prudentia viro, ostenderunt, tremiscentibus adhuc signis. At nec sic quidem vel ipsi huius portenti testes possessionem urbis ab Occidentis Imperatore ad Orientis Regem transituram intellexerunt; ut illi videlicet, quos ea mala, quae postea contigerunt, manebant, effugere minime possent. Ego vero in tanta describenda calamitate et posteritatis memoriae transmittenda, quadam veluti vertigine corripior, nec videre queo quid sibi velit Deus, cum vel hominis vel urbis cuiuspiam res nunc ad caelum extollit; nunc solo affligit et abolet nullam ob causam compertam nobis. Compertam aio. Absit enim procul impium verbum, non omnia semper ab eo cum causa fieri. Tunc certe Antiochiam, cuius decus et absoluta magnificentia etiamnum latere omnino nequeunt, a scelestissimo viro dirutam videre sustinuit. Caeterum ex urbis excidio, Persarum, quibus demandatum id fuerat, labore ac providentia, sola Ecclesia superfuit. Quod vero circa Carataeum domus pluri-

οἰκίαι πολλαί, οὐκ ἐκ προνοίας ἀνθρώπων τινός, ἀλλ' ἐπεὶ ἔκειντό που πρὸς ἐσχάτοις τῆς πόλεως, ἑτέρας αὐταῖς οὐδεμιᾶς τινος οἰκοδομίας ξυναπτομένης, τὸ πῦρ ἐπ' αὐτὰς ἐξικνεῖσθαι οὐδαμῇ ἴσχυσεν. ἐνέπρησάν τε καὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ περιβόλου οἱ βάρβαροι, πλὴν τοῦ ἱεροῦ, ὅπερ Ἰουλιανῷ ἀνεῖται ἁγίῳ, καὶ τῶν οἰκιῶν, αἳ δὴ ἀμφὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο τυγχάνουσιν οὖσαι. τοὺς γὰρ πρέσβεις ἐνταῦθα καταλῦσαι ξυνέπεσε. τοῦ μέντοι περιβόλου παντάπασιν ἀπέσχοντο Πέρσαι.

C *Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἥκοντες αὖθις παρὰ τὸν Χοσρόην οἱ πρέσβεις ἔλεξαν ὧδε „Εἰ μὴ πρὸς παρόντα σέ, ὦ βασιλεῦ, οἱ λόγοι ἐγίνοντο, οὐκ ἄν ποτε ᾠόμεθα Χοσρόην τὸν Καβάδου ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐν ὅπλοις ἥκειν, ἀτιμάσαντα μὲν τοὺς διομωμοσμένους σοι ἔναγχος ὅρκους, ὃ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ὕστατόν τε καὶ ἐχυρώτατον εἶναι δοκεῖ τῆς ἐς ἀλλήλους πίστεώς τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον, διαλύσαντα δὲ τὰς σπονδάς, ὧν ἡ*
V 298 *ἐλπὶς ἀπολέλειπται μόνη τοῖς διὰ τὴν ἐν πολέμῳ κακοπραγίαν οὐκ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βιοτεύουσιν. οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τὸ τοιοῦτον εἴ-*
D *ποι τις ἂν εἶναι ἢ τῶν ἀνθρώπων τὴν δίαιταν ἐς τὴν τῶν θηρίων μεταβεβλῆσθαι. ἐν γὰρ τῷ μηδαμῇ σπένδεσθαι τὸ πολεμεῖν ἀπέραντα λελείψεται πάντας, πόλεμος δὲ ὁ πέρας οὐκ ἔχων ἐξοικίζειν τῆς φύσεως τοὺς αὐτῷ χρωμένους ἐς ἀεὶ πέφυκεν. τί δὲ καὶ βουλόμενος πρὸς τὸν σὸν ἀδελφὸν ὀλίγῳ πρότερον γέγραφας ὡς αὐτὸς εἴη τοῦ λελύσθαι τὰς σπονδὰς αἴτιος; ἢ δῆλον ὅτι ὁμο-*

8. ἐπ' om. HL. 17. βιοτεύουσιν L. βιωτεύουσιν P.

mae servatae sunt, non hominum cura id factum est; sed commodo earum situ in extrema urbis regione; ubi sic ab aedificiis caeteris avulsae erant, ut ad illas flamma pervadere non potuerit. Incenderunt etiam Barbari quidquid extra muros positum erat, praeterquam templum D. Iuliano sacrum ac circumstructas aedes, propterea quod legati ibi hospitabantur: muris autem Persae nihil nocuerunt.

Haud multo post legati Chosroem iterum convenere, itaque affati sunt. *Nisi te ipsum alloqueremur coram, o Rex, nunquam putaremus Chosroem Cabadis filium armis infensum fines Romanorum ingressum esse, calcata religione nuperi iuramenti, quod summum inter homines sanctissimumque habetur fidei mutuae ac veritatis pignus; ruptaque pace, in qua una spes reliqua eorum est, quorum vitam offensiones belli perturbant. Id vero nihil esse aliud merito quisquam dixerit, quam cultum et victum humanum cum ferino mutare. Sublato enim foedere, mortalibus immortale bellum supererit. Bellum autem, quod finem non capit, eos, a quibus geritur, semper eiicit naturae finibus. Quid sibi vult tua illa ad fratrem tuum recens epistola, qua ipsi causam scissae pacis ascribis? Te sane*

λογῶν κακόν τι παμμέγεθες τὴν τῶν σπονδῶν εἶναι λύσιν. εἰ μὲν οὖν ἐκεῖνος οὐδὲν ἥμαρτεν, οὐ δικαίως τανῦν ἐφ' ἡμᾶς ἥκεις, εἰ δέ τι τοιοῦτον τῷ ἀδελφῷ τῷ σῷ εἰργάσθαι ξυμβαίνει, ἀλλὰ καὶ σοὶ μέχρι τούτου γε καὶ μὴ περαιτέρω διαπεπράχθω τὸ ἔγκλημα, ὅπως αὐτὸς κρείσσων εἶναι δοκῇς. ὁ γὰρ ἐν τοῖς κακοῖς ἐλασσούμενος, οὗτος ἂν ἐν τοῖς ἀμείνοσι νικῴη δικαίως. καίτοι ἡμεῖς ἐξεπιστάμεθα Ἰουστινιανὸν βασιλέα μηδεπώποτε τῆς εἰρήνης ἀπ' ἐναντίας ἐληλυθέναι, καὶ σοῦ δεόμεθα μὴ τοιαῦτα ἐργάσασθαι Ῥωμαίους κακά, ἐξ ὧν Πέρσαις μὲν ὄνησις οὐδεμία ἔσται, σὺ δὲ τοῦτο κερδανεῖς μόνον, ἀνήκεστα ἔργα τοὺς ἄρτι σοι σπεισαμένους οὐ δέον εἰργάσθαι."

Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις τοσαῦτα εἶπον. Χοσρόης δὲ ταῦτα P 112 ἀκούσας ἰσχυρίζετο μὲν τὰς σπονδὰς πρὸς Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως λελύσθαι· καὶ τὰς αἰτίας κατέλεγεν ἅσπερ ἐκεῖνος παρέσχετο, τὰς μέν τινας καὶ λόγου ἀξίας, τὰς δὲ φαύλας τε καὶ οὐδενὶ λόγῳ ξυμπεπλασμένας· μάλιστα δὲ αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς τοῦ πολέμου αἰτιωτάτας ἠξίου δεικνύναι πρός τε Ἀλαμούνδαρον καὶ Οὔννους αὐτῷ γεγραμμένας, καθάπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη. ἄνδρα μέντοι Ῥωμαῖον ἐς τὴν Περσῶν γῆν ἐσβεβληκέναι ἢ πολέμια ἔργα ἐνδείξασθαι οὔτε λέγειν εἶχεν οὔτε δεικνύναι. οἱ μέντοι πρέσβεις πὴ μὲν τὰς αἰτίας οὐκ ἐς Ἰουστι- B νιανὸν ἀνέφερον, ἀλλ' ἐς τῶν ὑπουργηκότων τινάς, πὴ δὲ ὡς οὐχ οὕτω γεγονότων ἐπελαμβάνοντο τῶν εἰρημένων. τέλος δὲ χρή-

5. δοκῇς] δοκεῖς P. 8. ἀπεναντίας (nam sic P)] ἀπεναντίως L corr. 13. ἰουστινιανοῦ βασιλέως A. Ἰουστινιανὸν βασιλέα P. 19. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 21. πὴ — πὴ] πῆ — πῆ P.

fateri demonstrat immane quoddam esse malum pacem dissolvere. Caeterum si ille nihil peccavit, iam iniuria nos invadis. Sin aliquid in te tuus commisit frater: huc usque, nec longius procedant querelae tuae, ut eo superior videaris. Nam iure palmam in bonis referet, qui concedit in malis. Quanquam nobis exploratum est Iustinianum Aug. numquam contra pacem venisse. Tu vero, quod te oramus, noli Romanos iis damnis afficere, unde nullus in Persas fructus, et lucrum in te hoc unum redundat, ut recenti foedere tibi iunctis gravissima detrimenta, contra quam fas est, afferas.

Haec legati: quibus auditis Chosroes pacem ab Imp. Iustiniano violatam asseveravit, et praebitas belli causas recensuit: quarum nonnullae momenti alicuius erant, aliae futiles inanissimeque confictae. In primis placuit praecipuum belli fontem, nimirum literas, proferre, quas, ut supra monui, ad Alamundarum Hunnosque scripserat Iustinianus: at neminem Romanorum, qui in Persidem incurrisset vel edidisset hostilia, nec nominare potuit, nec producere. Quas causas legati partim a Iustiniano in quosdam rei administros publicae conferebant, partim falsi argue-

ματα μὲν οἱ πολλὰ ὁ Χοσρόης ἠξίου διδόναι Ῥωμαίους, παρῄνει
δὲ μὴ τὰ χρήματα ἐν τῷ παραυτίκα μόνον παρεχομένους τὴν εἰ-
ρήνην ἐθέλειν ἐς τὸν πάντα αἰῶνα κρατύνασθαι. τὴν γὰρ ἐπὶ
H 62 χρήμασι γινομένην ἀνθρώποις φιλίαν ἀναλισκομένοις ἐκ τοῦ ἐπὶ
πλεῖστον ξυνδαπανᾶσθαι τοῖς χρήμασι. δεῖν τοίνυν Ῥωμαίους
τακτόν τι φέρειν ἐπέτειον Πέρσαις. „Οὕτω γὰρ αὐτοῖς" ἔφη „τὴν
C εἰρήνην Πέρσαι βέβαιον ἕξουσι, τάς τε Κασπίας αὐτοὶ φυλάσσον-
τες πύλας καὶ οὐκέτι αὐτοῖς ἀχθόμενοι διὰ πόλιν Δάρας, ὑπὲρ
ὧν ἔμμισθοι καὶ αὐτοὶ ἐς ἀεὶ ἔσονται." „Οὐκοῦν" οἱ πρέσβεις ἔφα-
σαν „ὑποτελεῖς Πέρσαι βούλονται Ῥωμαίους ἐς φόρου ἀπαγωγὴν
ἔχειν." „Οὔ, ἀλλὰ στρατιώτας οἰκείους" εἶπεν „ἕξουσι τὸ λοιπὸν
Πέρσας Ῥωμαῖοι, μισθὸν τῆς ὑπουργίας αὐτοῖς χορηγοῦντες ῥη-
τόν· ἐπεὶ καὶ Οὔννων τισὶ καὶ Σαρακηνοῖς ἐπέτειον χορηγεῖτε
χρυσόν, οὐ φόρου αὐτοῖς ὑποτελεῖς ὄντες, ἀλλ' ὅπως ἀδῄωτον
γῆν τὴν ὑμετέραν φυλάξωσιν ἐς τὸν πάντα αἰῶνα." τοιαῦτα Χοσ-
D ρόης τε καὶ οἱ πρέσβεις πολλὰ πρὸς ἀλλήλους διαλεχθέντες ξυνέ-
βησαν ὕστερον ἐφ' ᾧ Χοσρόην ἐν μὲν τῷ παραυτίκα κεντηνάρια
πεντήκοντα πρὸς Ῥωμαίων λαβόντα, πέντε δὲ ἄλλων φερομένων
ἐπέτειον ἐς τὸν πάντα αἰῶνα δασμὸν, μηδὲν αὐτοὺς ἐργάσασθαι
περαιτέρω κακὸν, ἀλλ' αὐτὸν μὲν ὁμήρους ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὁμολο-
γίᾳ παρὰ τῶν πρέσβεων κεκομισμένον τὴν ἀποπορείαν παντὶ τῷ
στρατῷ ἐς τὰ πάτρια ἤδη ποιήσασθαι, ἐνταῦθα δὲ πρέσβεις
παρὰ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ στελλομένους τὰς ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ
ξυνθήκας ἐν βεβαίῳ τὸ λοιπὸν θέσθαι.

11. οὒ A. οὐκ P.

bant. Demum Chosroes grandem a Romanis pecuniam petiit, illosque admonuit ne apud se statuerent semel penso in praesens auro aeternam pacem sancire: iunctas enim pecunia amicitias plerumque, dum illa sumptu hauritur, cum ea pariter minui atque absumi: itaque oportere Romanos certum quotannis auri modum pensitare. *Hoc namque pacto,* aiebat, *Persae cum Romanis pacem habebunt stabilem: Portas Caspias custodient, et succensere desinent ob conditam urbem Daram, quando pro his perpetuam mercedem accipient.* Legati contra: *Ergo Persae Romanos vectigales habere volunt.* Tum Chosroes, *Minime vero,* inquit: *sed proprii Romanorum milites erunt Persae in posterum, statam navatae operae mercedem ferentes, quandoquidem vel Hunnis quibusdam et Saracenis annuam summam erogatis, non quod eorum sitis stipendiarii, verum ut fines vestros ab hostili populatione innoxios usque custodiant.* His ultro citroque inter Chosroem et legatos disputatis, tandem convenit, ut Chosroes in praesentia quinque millia auri pondo, ac singulis annis quingenta a Romanis acciperet, neque ipsis noceret amplius; sed postquam legati dedissent promissi obsides, cum universo exercitu remigraret in patriam, ibique pacis conventa sancirent legati, quos Iustinianus Aug. destinasset.

ια'. Τότε ὁ Χοσρόης ἐς Σελεύκειαν, πόλιν ἐπιθαλασσίαν, P 113
Ἀντιοχείας τριάκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίοις διέχουσαν διῆλθεν, V 299
ἐνταῦθά τε Ῥωμαίων οὐδένα οὔτε εὑρὼν οὔτε λυμηνάμενος ἀπελούσατο μὲν ἔν τε τῆς θαλάσσης τῷ ὕδατι μόνος, θύσας τε τῷ ἡλίῳ καὶ οἷστισιν ἄλλοις ἐβούλετο, πολλά τε ἐπιθειάσας, ὀπίσω ἀπήλαυνεν. ἔς τε τὸ στρατόπεδον ἀφικόμενος ἐπιθυμίαν οἱ ἔφασκέ τινα εἶναι τὴν Ἀπαμέων πόλιν ἐν γειτόνων οὖσαν οὐκ ἄλλου του ἕνεκα ἢ ἱστορίας θεάσασθαι. ξυνεχώρουν τε οὐχ ἑκούσιοι B
καὶ τοῦτο οἱ πρέσβεις, ἐφ' ᾧ μέντοι αὐτὸν θεασάμενόν τε τὴν πόλιν καὶ ἀργύρου χιλίας κομισάμενον ἐνθένδε λίτρας οὐδέν τε ἄλλο λυμηνάμενον ἀπελαύνειν ὀπίσω. ἔνδηλος δὲ ἦν ὁ Χοσρόης τοῖς τε πρέσβεσι καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ὅτι δὴ ἐς τὴν Ἀπάμειαν τοῦδε ἕνεκα στέλλοιτο μόνον, ὅπως δή τινος σκήψεως οὐκ ἀξιολόγου λαβόμενος αὐτήν τε καὶ τὴν ἐκείνῃ χώραν ληίσηται. τότε μὲν οὖν ἐς Δάφνην ἀνέβη, τὸ Ἀντιοχείας προάστειον. ἔνθα δὴ τό τε ἄλσος ἐν θαύματι μεγάλῳ ἐποιήσατο καὶ τὰς τῶν ὑδά- C
των πηγάς· ἄμφω γὰρ ἀξιοθέατα ἐπιεικῶς ἐστι. καὶ θύσας ταῖς νύμφαις ἀπιὼν ᾤχετο, ἄλλο μὲν οὐδὲν λυμηνάμενος, τοῦ δὲ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ τὸ ἱερὸν καύσας ξὺν ἑτέραις τισὶν οἰκίαις ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Πέρσης ἀνὴρ ἵππῳ ὀχούμενος, ἔν τε τῷ Περσῶν στρατῷ δόκιμος καὶ Χοσρόῃ βασιλεῖ γνώριμος, ἐς χῶρον κρημνώδη, ἀμφὶ τὸν λεγόμενον Τρητὸν, ἦλθε ξὺν ἑτέροις τισὶν, οὗ δὴ τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ νεώς ἐστιν, Εὐάριδος ἔρ-

2. διῆλθεν] ἀφίκετο Suidas s. v. διέχουσαν. 7. ἐν γειτόνων Pm. ἐκ γειτόνων P. 10. „ἀργύρου Reg." Malt. ἀργυρίου P.

11. Tunc divertit Chosroes Seleuciam: quae urbs maritima est, ac stadiis cxxx. Antiochia distat. Nullum ibi Romanum nactus, proinde neminem laesit: solus in mari lavit, et Solem ac deos alios, quoscunque voluit, sacrificiis veneratus, eosdemque precatus plurima, ad castra rediit. Hic velle se dixit Apameam urbem vicinam eo solum animo petere, ut illam viseret. Quod gravate eaque lege concesserunt legati, ut inspecta urbe, et acceptis mille argenti libris, rediret innoxius. Id vero legatis caeterisque perspectum erat, eo solum consilio proficisci Chosroem Apameam, ut praetextu levissimo, quicunque se offerret, arrepto, urbem diriperet, ac circumiectam regionem vastaret. Tum igitur Daphnen, quod est Antiochiae suburbium, ascendit: ubi res duas spectatu dignissimas, lucem scilicet ac fontes demiratus est, et postquam sacrificavit Nymphis, discessit, sarta et tecta relinquens omnia, praeter aedem Michaëlis archangeli ac domos aliquot, quas hanc ob causam incendit. Persa quidam eques, vir in exercitu clarissimus, adeoque ipsi Chosroi familiaris, cum aliis nonnullis praeruptum in locum venit, vicinum Treto, ut vocant; ubi templum est Michaelis archangeli, opus Eua-

D γον. οὗτος ἀνὴρ τῶν τινα Ἀντιοχέων νεανίαν πεζόν τε καὶ μό-
νον κρυπτόμενον ἐνταῦθα ἰδὼν ἐδίωκε τῶν ἑτέρων χωρίς. ἦν δὲ
κρεοπώλης ὁ νεανίας, Ἀείμαχος ὄνομα. ὃς ἐπειδὴ καταλαμβά-
νεσθαι ἔμελλεν, ἐπιστραφεὶς ἐκ τοῦ αἰφνιδίου λίθῳ τὸν διώκοντα
βάλλει, ἐπιτυγχάνει τε τοῦ μετώπου ἐς τὴν παρὰ τὸ οὖς μήνιγγα.
καὶ ὁ μὲν ἐς τὸ ἔδαφος εὐθὺς ἔπεσεν, ὁ δὲ αὐτοῦ τὸν ἀκινάκην
σπασάμενος κτείνει τὸν ἄνδρα. σκυλεύσας τε αὐτοῦ κατ' ἐξου-
σίαν τά τε ὅπλα καὶ τὸν χρυσὸν ἅπαντα καὶ εἴ τι ἄλλο ἐτύγχανεν
ἀμπεχόμενος, ἐπί τε τὸν ἵππον ἀναθορὼν, πρόσω ἤλαυνεν. εἴτε
δὲ τύχῃ εἴτε χωρίων ἐμπειρίᾳ χρησάμενος, λαθεῖν τε τοὺς πολε-
P 114 μίους καὶ διαφυγεῖν παντελῶς ἴσχυσε. ταῦτα ὁ Χοσρόης μαθὼν
καὶ τοῖς ξυμπεσοῦσι περιαλγήσας τῶν οἱ ἑπομένων τινὰς καῦσαι
τὸν τοῦ ἀρχαγγέλου νεὼν, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθην, ἐκέλευεν. οἱ
δὲ τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι ἡγούμενοι, ξὺν ταῖς ἀμφ' αὐτὸν οἰκοδο-
μίαις ἐνέπρησαν, ἐπιτελεῖς τε πεποιῆσθαι τὰς Χοσρόου ἐντολὰς
ᾤοντο. ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἔσχε.

Χοσρόης δὲ παντὶ τῷ στρατῷ τὴν ἐπὶ Ἀπάμειαν ᾔει. ἔστι
δὲ ξύλον πηχυαῖον ἐν Ἀπαμείᾳ τοῦ σταυροῦ μέρος, ἐν ᾧ τὸν
Χριστὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ποτὲ τὴν κόλασιν οὔτι ἀκούσιον ὑπο-
στῆναι ὡμολόγηται, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν χρόνον ἐνταῦθα πρὸς
B Σύρου ἀνδρὸς κομισθὲν λάθρα. καὶ αὐτὸ οἱ πάλαι ἄνθρωποι

2. „ἰδὼν Reg." Malt. εὑρὼν P. *adspiciens* RV. 3. κρεοπώ-λης] Vulgo κρεωπώλης. 20. „ὡμολόγηται Reg." Malt. ὁμολογεῖται P.

ridis. Hic ille cum adolescentem Antiochenum offendisset peditem et latitantem solum, se abstraxit a sociis, ut terga dantem insequeretur. Lanius erat adolescens, eique nomen Aimacho: qui ut se iamiam teneri sensit, repente conversus, instantem percutit lapide, et fronti plagam adigit ad membranam usque cerebri iuxta aurem: mox humi stratum suo ipsum acinace conficit, nemineque interpellante armis, auro, vestibus spoliat: tum in equum insilit, quo provectus, sive fortuna, sive locorum peritia id consecutus est, ut lateret hostes atque incolumis elaberetur. Quae ubi Chosroes didicit, casum hunc aegerrime ferens, quibusdam e stipatoribus suis iniunxit, ut archangeli templum, cuius ante memini, igni corrumperent. Illi templum hoc, de quo Chosroi sermo, Daphnicum esse arbitrantes, illud cum structis in ambitu aedibus incenderunt, seque mandatis Chosrois perfunctos putarunt. Haec ita se habuere.

At Chosroes cum omnibus copiis Apameam contendit. Ea in urbe lignum cubitale visitur, segmentum illius crucis, in qua Christum Hierosolymis supplicium volentem ac lubentem subiisse publica confessione constat. Id Syrus quidam olim huc furtim detulit, ac cives prisci, cum fir-

φυλακτήριον μέγα σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τῇ πόλει πιστεύοντες ἔσε-
σθαι θήκην αὐτοῦ ξυλίνην τινὰ πεποιημένοι κατέθεντο, ἣν δὴ H 63
χρυσῷ τε πολλῷ καὶ λίθοις ἐντίμοις ἐκόσμησαν, καὶ τρισὶ μὲν
ἱερεῦσι παρέδοσαν, ἐφ' ᾧ ξὺν πάσῃ ἀσφαλείᾳ φυλάξουσιν, ἐξά-
γοντες δὲ ἀνὰ πᾶν ἔτος πανδημεὶ ἐν ἡμέρᾳ προσκυνοῦσι μιᾷ.
τότε οὖν ὁ τῶν Ἀπαμέων λεὼς, ἐπειδὴ τὸν Μήδων στρατὸν ἐπὶ
σφᾶς ἐπύθοντο ἰέναι, ἐν δέει μεγάλῳ ἐγένοντο. Χοσρόην δὲ
ἀκούοντες ὡς ἥκιστα ἀληθίζεσθαι καὶ παρὰ Θωμᾶν τὸν τῆς V 300
πόλεως ἀρχιερέα γενόμενοι ἐδέοντο τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον ἐπιδεῖ-
ξαι σφίσιν, ὅπως αὐτὸ ὕστατα προσκυνήσαντες τελευτήσωσιν.
ὁ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίει. τότε δὴ θέαμα ξυνηνέχθη λόγου τε καὶ
πίστεως κρεῖττον ἐνταῦθα γενέσθαι. τὸ μὲν γὰρ ξύλον ὁ ἱερεὺς C
φέρων ἐδείκνυεν, ὕπερθεν δὲ αὐτοῦ σέλας πυρὸς ἐπεφέρετο καὶ
τὸ κατ' αὐτὸν τῆς ὀροφῆς μέρος φωτὶ πολλῷ ὑπὲρ τὸ εἰωθὸς κα-
τελάμπετο. βαδίζοντός τε τοῦ ἱερέως πανταχῇ τοῦ νεὼ συμ-
προῄει τὸ σέλας, φυλάσσον ἀεὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς ὀροφῆς χώ-
ραν. ὁ μὲν οὖν τῶν Ἀπαμέων δῆμος ὑπὸ τῆς τοῦ θαύματος
ἡδονῆς ἐθαμβεῖτό τε καὶ ἐγεγήθει καὶ ἔκλαιεν, ἤδη τε ἅπαντες
ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τὸ θαρσεῖν εἶχον. ὁ δὲ Θωμᾶς, ἐπειδὴ πε-
ριῆλθε τὸν νεὼν ἅπαντα, καταθέμενος ἐν τῇ θήκῃ τὸ τοῦ σταυ-
ροῦ ξύλον ἐκάλυψε, καὶ τὸ σέλας ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἐπέπαυτο. D
μαθὼν δὲ τὸν τῶν πολεμίων στρατὸν ἄγχιστά που τῆς πόλεως
ἥκειν, σπουδῇ πολλῇ παρὰ τὸν Χοσρόην ἀφίκετο. καὶ ὃς ἀνε-
πυνθάνετο τοῦ ἱερέως εἰ βουλομένοις τοῖς Ἀπαμεῦσιν εἴη ἀπὸ τοῦ
περιβόλου ἀντιτάξασθαι τῷ Μήδων στρατῷ. ἀπεκρίνατο Θωμᾶς

tuum sibi atque urbi praesidium fore persuasissimum haberent, in theca lignea auro multo gemmisque exornata repositum, ternis sacerdotibus quam tutissime asservandum tradidere. Certo quotannis die, eductum theca universus populus adorat. Iam vero Apamenses, ubi ad se venire Medorum exercitum audierunt, eo perterriti nuntio et fama perfidiae Chosrois, Thomam civitatis antistitem convenerunt, obsecraruntque ut crucis lignum exhiberet; quo ultimum adorato, aequiori animo morerentur. Illo postulatum implente, spectaculum ortum est, quod et orationem et fidem excedit. Lignum praeferenti monstrantique Praesuli imminebat igneum iubar, et camerae pars, cui suberat, insuetae lucis splendore magno emicabat. Simul autem cum Pontifice templum obeunte fulger procedebat, in testudine locum obtinens, qui illi respondebat ad perpendiculum. Voluptate, quam hoc miraculum pariebat, defixus hiansque populus Apamensis prae gaudio flebat, iamque omnes certam capiebant salutis spem. Templo obito, thecae lignum reddidit Thomas atque obtexit, mox et iubar evanuit. Cum ei nuntiatum esset hostilem exercitum urbi appropinquare, magna celeritate prodivit obviam Chosroi: cui interroganti, decretumne esset Apamensibus Medorum exercitui e

οὐδὲν τοῖς ἀνθρώποις τοιοῦτο ἐς ἔννοιαν ἥκειν. „Οὐκοῦν“ ἔφη ὁ Χοσρόης „δέξασθέ με τῇ πόλει ξὺν ὀλίγοις τισὶ πάσαις ἀναπεπταμέναις ταῖς πύλαις.“ ὁ ἱερεὺς εἶπεν „Ἐπ' αὐτὸ γὰρ δὴ παρακαλέσων τοῦτο ἀφῖγμαι.“ ὁ μὲν οὖν στρατὸς ἅπας ἐστρατοπεδεύσαντο διεσκηνημένοι πρὸ τοῦ περιβόλου.

Ὁ δὲ Χοσρόης ἄνδρας τῶν ἐν Πέρσαις ἀρίστων διακοσίους
P 115 *ἀπολεξάμενος ἐς τὴν πόλιν εἰσήλασεν. ἐπεὶ δὲ γέγονεν εἴσω πυλῶν, ἐπελάθετο ἑκών γε εἶναι τῶν αὐτῷ τε καὶ τοῖς πρέσβεσι ξυγκειμένων, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ἐκέλευε δοῦναι οὐ χίλια μόνον ἀργύρου σταθμὰ οὐδὲ τούτων δεκαπλάσια, ἀλλὰ τὰ κειμήλια ὅσα δὴ ἐνταῦθα ἔτυχε κείμενα, χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ ξύμπαντα, μεγάλα ὑπερφυῶς ὄντα. οἶμαι δ' ἂν αὐτὸν καὶ τὴν πόλιν ὅλην ἀνδραποδίσασθαί τε καὶ λῃίσασθαι οὐκ ἂν ἀποκνῆσαι, εἰ μή τι θεῖον αὐτὸν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς διεκώλυσεν. οὕτως αὐτὸν ἥ τε φιλοχρηματία ἐξέπλησσε καὶ ἔστρεφεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἥ τῆς δόξης ἐπιθυμία. κλέος γάρ οἱ μέγα τοὺς τῶν πόλεων ἀνδραποδισμοὺς ᾤετο εἶναι, οὐδὲν τὸ παράπαν ποιούμενος εἰ σπονδάς τε καὶ ξυνθήκας ἠλογηκὼς τὰ τοιαῦτα ἐς τοὺς Ῥωμαίους ἐργάζεται.*
B *ταύτην τε Χοσρόου δηλώσει τὴν γνώμην ἅ τε ἀμφὶ πόλιν Δάρας ἐν ταύτῃ δὴ ἐνεχείρησε τῇ ἀποπορείᾳ, ἐν πάσῃ ἀλογίᾳ ποιησάμενος τὰ ξυγκείμενα, καὶ ἃ Καλλινικησίους ὀλίγῳ ὕστερον ἐν*

5. „πρὸ Reg.“ Malt. πρὸς P. 10. ἀργύρου L. ἀργυρίου P. 12. ὅλην om. L. 15. ἔστρεφεν] ἔστρεψεν L. 20. ἐν] ἣν ἐν P ex coniectura Maltreti. *ibid.* ἐνεχείρησεν HmP. ἐνεχείρησαν HL. *ibid.* ἀποπορείᾳ Hoeschelius in annot. et P. ἀπορίᾳ L. ἀρίᾳ H.

muro repugnare? nihil tale civibus in mentem venisse respondit. *Ergo me*, inquit Chosroes, *cum exigua meorum manu in urbem portis omnibus passis accipite.* Tum Antistes, *Et ad hoc ipsum*, ait, *venio te invitatum.* Igitur fixis ad moenia tentoriis castrametatus est universus exercitus.

Sibi Chosroes ducentos viros Persarum bellicosissimos cum delegisset, in urbem introiit. Statim ut ingressus est, voluntaria oblivione pactionem contrivit, quam cum legatis fecerat, et ab Episcopo non modo libras argenti mille ac plus decuplo, sed quidquid etiam auri argentique facti in sacro thesauro, sane amplo, asservabatur, exegit: nec dubitasset, ut equidem sentio, civitatem integram captivitate afficere et expilare, nisi illum aperte divina manus tenuisset: adeo pecuniae gloriaeque cupiditas perculerat eius mentem, et a sua sede ac statu dimoverat. Etenim urbibus servitute iniuncta magnam parari sibi celebritatem nominis existimabat, nihil pensi habens pacem conventaque violare, dum talia in Romanos patraret. Hoc ingenium Chosrois manifestius etiam prodent tum ea quae ad urbem Daram (siquidem hanc in reditu nulla pactorum habita ratione tentavit) tum quae paulo post in Callinicenos

σπονδαῖς ἔδρασεν, ἅπερ μοι ἐν τοῖς ὄπισθε λελέξεται λόγοις.
ἀλλ' ὁ θεός, ὥσπερ εἴρηται, Ἀπάμειαν διεσώσατο. ἐπεὶ δὲ τὰ
κειμήλια ὁ Χοσρόης ξύμπαντα εἷλε καὶ αὐτὸν μεθύοντα ἤδη τῇ
τῶν χρημάτων ἀφθονίᾳ ὁ Θωμᾶς εἶδε, τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον
ξὺν τῇ θήκῃ ἐξενεγκὼν ἀνέῳγέ τε τὴν θήκην καὶ τὸ ξύλον ἐνδει-
κνύμενος „Ὦ κράτιστε βασιλεῦ" ἔφη „ταῦτά μοι ἀπολέλειπται
μόνα ἐκ πάντων χρημάτων. θήκην μὲν οὖν τήνδε (χρυσῷ τε
γὰρ κεκαλλώπισται καὶ λίθοις ἐντίμοις) φθόνος οὐδεὶς λαβόντα
σε ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔχειν, τουτὶ δὲ τὸ ξύλον σωτήριόν τε
ἡμῖν καὶ τίμιόν ἐστι, τοῦτο, ἱκετεύω σε καὶ δέομαι, δός μοι." C
ὁ μὲν ἱερεὺς τοσαῦτα εἶπε. ξυνεχώρει δὲ ὁ Χοσρόης καὶ τὴν
δέησιν ἐπιτελῆ ἐποίει.

Μετὰ δὲ φιλοτιμίᾳ πολλῇ χρώμενος τόν τε δῆμον ἐς τὸ ἱπ-
ποδρόμιον ἀναβαίνειν ἐκέλευε καὶ τοὺς ἡνιόχους ἀγωνίζεσθαι τὰ
εἰωθότα σφίσιν. οὗ δὴ καὶ αὐτὸς ἀναβὰς θεατὴς γενέσθαι τῶν
ποιουμένων ἐν σπουδῇ ἐποιεῖτο. ἐπεὶ δὲ ἠκηκόει πολλῷ πρότερον
Ἰουστινιανὸν βασιλέα χρώματος τοῦ Βενέτου, ὃ δὴ κυάνεόν ἐστιν,
ἐκτόπως ἐρᾶν, ἀπ' ἐναντίας αὐτῷ κἀνταῦθα ἰέναι βουλόμενος
ἤθελε τῷ πρασίνῳ τὴν νίκην ἁρμόσαι. οἱ μὲν οὖν ἡνίοχοι ἀπὸ
βαλβίδων ἀρξάμενοι ἔργου εἴχοντο, τύχῃ δέ τις τῷ τὰ Βένετα ἐν-
διδυσκομένῳ ἐγένετο παρελάσαντι ἐπίπροσθεν ἰέναι. εἵπετο δὲ
αὐτῷ κατὰ τὰς αὐτὰς ἁματροχιὰς ὁ τὸ πράσινον ἀμπεχόμενος H 64
χρῶμα. ὅπερ ἐξεπίτηδες ὁ Χοσρόης γεγονέναι οἰόμενος ἠγανά- D

11. ὁ Χοσρόης] ὁ om. HL. 17. κυάνεον LPm. κυάναιον P.
22. ἁματροχιὰς] Vulgo ἅμα τροχιάς.

tempore induciarum admisit. Sed de his postea. Certe Deus, ut dictum est, Apameam servavit. Postea vero quam Chosroes thesaurum sacrum expilavit, ipsumque ingenti auri vi ebrium Thomas animadvertit, crucis lignum cum theca proferens, eam aperuit, et lignum ostendens, *Haec mihi tantum*, inquit, *Rex optime, modo opes supersunt. Quod ad thecam illam attinet, quando auro gemmisque ornata est, cum caeteris accipe; non invideo: istud vero lignum salutare nobis ac pretiosum est: id, quod te oro supplex, da mihi.* Sic locuto antistiti Chosroes annuit, ac ratam fecit petitionem.

Post amore popularis aurae incensus, populum in Circum ascendere et aurigas consueta certamina edere iubet. Eodem ipse ascendit, spectandi cupidus quae ibi fierent. Et quoniam Iustinianum Aug. colori Veneto, qui caeruleus est, incredibili studio favere didicerat, quo illi hic quoque adversaretur, victoriam prasino deferre constituit. Igitur coeptum a carceribus cursum agebant aurigae, cum forte praetervectus Venetus praeiit. Sequebatur prasinus impressam ab illo orbitam insistens. Quod ex composito fieri putans Chosroes, stomachatur, et minitabundus

κτει τε καὶ ξὺν ἀπειλῇ ἀνεβόα τὸν Καίσαρα προτερῆσαι τῶν ἄλ-
V 301 λων οὐ δέον, ἐκέλευέ τε τοὺς προτέρους ἰόντας ἵππους ἐπέχεσθαι,
ὅπως τὸ λοιπὸν κατόπισθεν γενόμενοι ἀγωνίζωνται· ὅπερ ἐπειδὴ
οὕτως ἐπέπρακτο ὥσπερ ἐκεῖνος ἐκέλευε, νικᾶν οὕτως ὅ τε Χοσ-
ρόης καὶ μέρος τὸ πράσινον ἔδοξεν. ἐνταῦθα τῶν τις Ἀπαμέων
P 116 Χοσρόῃ ἐς ὄψιν ἥκων ᾐτιᾶτο Πέρσην ἄνδρα ἐς τὴν οἰκίαν τὴν
αὐτοῦ ἀναβάντα τὴν παῖδα οὖσαν παρθένον βιάζεσθαι. ὁ δὲ
ταῦτα ἀκούσας καὶ τῷ θυμῷ ζέων ἄγεσθαι τὸν ἄνδρα ἐκέλευε.
καὶ ἐπεὶ παρῆν ἤδη, ἀνασκολοπισθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ στρατοπέδῳ
ἐπέστελλε. γνοὺς δὲ ὁ δῆμος παντὶ σθένει ἀνέκραγον ἐξαίσιον
οἷον πρὸς τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς τὸν ἄνθρωπον ἐξαιτούμενοι.
Χοσρόης δὲ ὡμολόγησε μὲν αὐτοῖς τὸν ἄνδρα ἀφήσειν, λάθρα δὲ
ἀνεσκολόπισεν οὐ πολλῷ ὕστερον. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε διαπε-
πραγμένος παντὶ τῷ στρατῷ ὀπίσω ἀπήλαυνεν.

B ιβ΄. Ἐπεὶ δὲ ἐς Χαλκίδα πόλιν ἀφίκετο, Βεροίας πόλεως
τέτρασι καὶ ὀγδοήκοντα σταδίοις διέχουσαν, αὖθις ἐς λήθην τι-
νὰ τῶν ξυγκειμένων ἦλθε, στρατοπεδευσάμενός τε τοῦ περιβόλου
οὐ μακρὰν ἄποθεν ἔπεμψε Παῦλον, ἀπειλήσοντα Χαλκιδεῦσι
πολιορκίᾳ τὴν πόλιν αἱρήσειν, εἰ μὴ τήν τε σωτηρίαν ὠνίον κτή-
σονται τὰ λύτρα διδόντες καὶ τοὺς στρατιώτας, ὅσους ἐνταῦθα
τες σφᾶς αὐτοὺς ἡσύχαζον οἱ πολέμιοι, ἄγχι που ἐστρατοπεδεύ-
σαντο ἐν δυσχωρίᾳ, ἔνθα οὔτε ὕδατος ὅτι μὴ ὀλίγου οὔτε ἄλλου
του ἀναγκαίου ἐν εὐπορίᾳ ἔσεσθαι ἔμελλον. χρόνου δὲ τριβομένου
συχνοῦ τῶν τε βαρβάρων οὐδαμῶς σφίσιν ἐπεξιόντων, αὐτοὶ οὐ- P 285
δέν τι ἧσσον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τῇ προσεδρείᾳ πιεζόμενοι ἤσχαλ-
λον. μάλιστα δὲ ἁπάντων τῇ τοῦ ὕδατος ἀπορίᾳ ἤχθοντο, ὃ δὴ
αὐτὸς Σολόμων ἐφύλασσε, καὶ ἄλλο οὐδὲν ἐς ἡμέραν ἐδίδου,
πλήν γε δὴ ὅτι κύλικα μίαν ἀνδρὶ ἑκάστῳ. ὡς δὲ αὐτοὺς εἶδε
δυσανασχετοῦντάς τε ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς καὶ τὰ παρόντα δυσχερῆ
φέρειν οὐκέτι οἵους τε ὄντας, ἀποπειρᾶσθαί τε τοῦ χωρίου, καί-
περ δυσπροσόδου ὄντος, διενοεῖτο καὶ συγκαλέσας ἅπαντας πα-
ρεκελεύσατο ὧδε ,,Ἐπειδὴ δέδωκεν ὁ θεὸς Ῥωμαίοις ἐν Αὐρασίῳ
Μαυρουσίους πολιορκεῖν, πρᾶγμα πρότερόν γε κρεῖσσον ἐλπίδος

1. ἐθαύμαζον] Vulgo καὶ ἐθαύμαζον. 14. προσεδρείᾳ] Vulgo προσεδρίᾳ. 17. μίαν ἀνδρὶ — κτεινομένους (p. 288 a.) om. HL: habent APV et legit RV. 19. οὐκέτι] οὔτι A. 22. πρότερόν γε] Malim πρότερόν τε.

Cum autem supra murum nemo se proderet, quamvis abeunte hoste, mirari subiit, diuque ancipites haeserunt. In eo aestu animi, dum castellum circumeunt, portam, qua Mauri evaserant, apertam vident. Ingressi, cuncta diripiunt, omisso consilio hostes persequendi, quod ii leviter armati essent, ac locorum periti. Postquam omnia compilarunt, relicto ibi praesidio, porro omnes pedibus perrexere.

20. Ut ventum est Tumar, quo se hostis cum compegisset, nihil movebat, non procul metati sunt confragoso in loco, qui ipsis aquam et commeatum maligne praebiturus erat. Hic multo consumpto tempore, neque ullam eruptionem faciente Barbaro, ipsi non minus, immo vero gravius obsidione fessi, indignabantur. Nihil autem aeque illos torquebat, ut aquae penuria: cum eam ipse servaret Salomon, nec nisi unum cuique calicem diebus singulis demetiretur. Tandem ubi palam eos animi acerbitatem effundere, nec miseriam, qua premebantur, tolerare diutius posse vidit, ad tentandum locum, quamvis aditu difficilem, adiecit animum, et advocata concione, cohortationem hanc habuit. *Quandoquidem id Romanis Deus concessit, ut in Aurasio Mauros obsideant, quod omnium spe maius*

B καὶ νῦν τοῖς γε οὐχ ὁρῶσι τὰ δρώμενα παντελῶς ἄπιστον, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς τῇ ἄνωθεν ἐπουργοῦντας ἐπικουρίᾳ ταύτην δὴ μὴ καταπροδιδόναι τὴν χάριν, ἀλλ' ὑφισταμένους σὺν προθυμίᾳ τὸν κίνδυνον τῶν ἐκ τοῦ κατορθώσειν εὐτυχημάτων ἐφίεσθαι. ὡς πᾶσα μὲν τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων ῥοπὴ ἐς τοῦ καιροῦ τὴν ἀκμὴν περιίσταται· ἣν δέ τις ἐθελοκακήσας προδιδοίη τὴν τύχην, οὐκ ἂν αὐτὴν αἰτιῷτο δικαίως, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ τὴν αἰτίαν πεποιημένος. Μαυρουσίων μὲν τὴν ἀσθένειαν ὁρᾶτε δήπου καὶ τὸ χωρίον, οὗ δὴ πάντων ἀπολελειμμένοι τῶν ἀναγκαίων καθείρξαντες αὑτοὺς τηροῦσιν. ὑμᾶς δὲ δυοῖν ἀνάγκη τὸ ἕτερον,
C ἢ τῇ προσεδρείᾳ μηδαμῶς ἀχθομένους τὴν τῶν πολεμίων ὁμολογίαν προσδέχεσθαι, ἢ πρὸς ταύτην ὀλιγωροῦντας τὴν μετὰ τοῦ κινδύνου προσίεσθαι νίκην. μᾶλλον δὲ καὶ τὸ πολεμεῖν πρὸς τούσδε ἡμῖν τοὺς βαρβάρους ἀκίνδυνον ἔσται, οὓς δὴ τῷ λιμῷ μαχομένους ἤδη οὔποτε ἡμῖν οὐδὲ εἰς χεῖρας ἀφίξεσθαι οἶμαι. ἅπερ ἐν τῷ παρόντι ὑμᾶς ἐν νῷ ἔχοντας ἅπαντα προσήκει προθύμως τὰ παραγγελλόμενα ἐκτελεῖν."

Τοσαῦτα Σολόμων παρακελευσάμενος διεσκοπεῖτο ὅθεν ἂν σφίσι τοῦ χωρίου πειράσασθαι ἄμεινον εἴη, ἀπορουμένῳ τε ἐπὶ πλεῖστον ἐῴκει. λίαν γάρ οἱ ἄμαχός τις ἡ δυσχωρία ἐφαίνετο. ἐν ᾧ δὲ Σολόμων ταῦτα ἐν νῷ ἐποιεῖτο, ἡ τύχη ὁδόν τινα τοῖς
D πράγμασιν ἐπορίσατο τήνδε. Γέζων ἦν ἐν τοῖς στρατιώταις πε-

1. δρώμενα AV. πραττόμενα P. 10. δυοῖν] δυεῖν V. 11. προσεδρείᾳ V. προσεδρίᾳ P. 13. προσίεσθαι] προΐεσθαι V.

antea, nunc etiam fidem eorum, qui coeptis non intersunt, excedit, consequens est, ut nostram adiungamus operam coelesti auxilio, neque illud proiiciamus beneficium, sed alacriter dimicationem ingressi, secundos exitus, qui praeclara consequentur facinora, ambiamus. Momentum omne rerum humanarum in occasionis articulo situm est. Quod si quis Fortunam abdicet inertia voluntaria, non potest sine iniuria illi culpam ascribere, quam ipse commisit. Videtis Maurorum imbecillitatem: videtis locum, quo ita se tuentur, postquam in eum ipsi se concluserunt, ut nihil commeatus habeant. Vobis autem horum alterum necesse est: vel deditionem hostium expectare, perferendo obsidionis incommoda; vel, si deditio minus placet, victoriam cum discrimine et dimicatione coniunctam amplecti. Tametsi non adeo periclitabimur, si hos Barbaros oppugnabimus, qui fame iam conflictati, nunquam, ut equidem arbitror, ad conserendam nobiscum manum accedent. Qua nunc persuasione imbutis animis, imperata prompte exequi convenit.

Ita suos hortatus Salomon, exploravit qua parte oppugnationem inferret. Cumque insuperabilis videretur iniquitas loci, haesit ille perdite dubitanti similis. Dum mente Salomon defixa staret, hanc ad optata viam Fortuna praebuit. Inter pedites Gezo quidam erat, cohortis, in quam

ζὸς, τοῦ καταλόγου ὀπτίων, εἰς ὃν αὐτὸς ἀνεγέγραπτο· οὕτω γὰρ τὸν τῶν συντάξεων χορηγὸν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. οὗτος ὁ Γέζων, εἴτε παίζων εἴτε θυμῷ χρώμενος, ἢ καί τι αὐτὸν θεῖον ἐκίνησεν, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰέναι δοκῶν ἀνέβαινε μόνος καὶ αὐτοῦ μικρὸν ἄποθεν τῶν τινες ξυστρατιωτῶν ᾔεσαν, ἐν θαύματι ποιούμενοι τὰ γινόμενα. ὑποτοπήσαντες δὲ Μαυρουσίων τρεῖς, οἳ ἐς τὸ φυλάσσειν τὴν εἴσοδον ἐτετάχατο, ἐπὶ σφᾶς ἰέναι τὸν ἄνθρωπον, ἀπήντων δρόμῳ. ἅτε δὲ ἐν στενοχωρίᾳ οὐ ξυντεταγμένοι ἐβάδιζον, ἀλλὰ χωρὶς ἕκαστος ᾔει. παίσας δὲ τὸν πρῶτόν οἱ ἐντυχόντα ὁ Γέζων ἔκτεινεν, οὕτω δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάτερον P 286 διειργάσατο. ὃ δὴ κατιδόντες οἱ ὄπισθεν ἰόντες πολλῷ θορύβῳ τε καὶ ταραχῇ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐχώρουν. ὡς δὲ τὰ δρώμενα ἤκουσέ τε καὶ εἶδεν ἡ Ῥωμαίων στρατιὰ ξύμπασα, οὔτε τὸν στρατηγὸν ἀναμείναντες τῆς πορείας σφίσιν ἡγήσασθαι οὔτε τῆς σάλπιγγος τὴν ξυμβολὴν, καθάπερ εἴθιστο, σημαινούσης, οὐ μὴν οὐδὲ τὴν τάξιν φυλάσσοντες, ἀλλὰ πατάγῳ τε πολλῷ χρώμενοι καὶ ἀλλήλοις ἐγκελευόμενοι ἔθεον ἐπὶ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον. ἐνταῦθα Ῥουφῖνός τε καὶ Λεόντιος, οἱ Ζάννα τοῦ Φα- V 420 ρεσμάνους, ἔργα ἐπεδείξαντο ἐς τοὺς πολεμίους ἀρετῆς ἄξια. οἷς δὴ οἱ Μαυρούσιοι καταπεπληγμένοι, ἐπειδὴ καὶ τοὺς φύλακας B σφῶν ἀνῃρῆσθαι ἔμαθον, αὐτίκα ἐς φυγὴν ὅπη ἕκαστος ἐδύνατο ᾔεσαν, καὶ αὐτῶν οἱ πλεῖστοι ἐν ταῖς δυσχωρίαις καταλαμβανό-

5. θαύματι] θαύματος AV. 8. ξυντεταγμένοι V. συντεταγμένοι P. 13. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 15. σημαινούσης om. AV. 18. Ζάννα] Libri Ξάννα. Vid. p. 232 b. ibid. Φαρεσμάνους] φαρεσμάνος V. Φαρεσμάνου p. 282 b.

ascriptus fuerat, optio (ita vocant eum Romani, qui stipendia dividit). Hic sive per ludum, sive ex ira, sive aliquo instinctu divino concitus, suscepto eundi ad hostes consilio, solus ascendit: nec longe sequebantur commilites aliquot, inceptum hominis demirantes. Eum Mauri tres, qui aditum custodiebant, contra se tendere arbitrati, ita procurrerunt, ut non iunctis frontibus, at singuli seorsum, propter angustias loci, incederent. Qui primus obviam fit, eum Gezo ferit ac necat, itidemque reliquos: quo viso exciti, qui pone ibant, multo cum fremitu tumultuque in hostem vadunt. Omnis quoque Rom. exercitus rem simul auribus oculisque accepit, non duce, qui praeiret, expectato, non dante, ut mos est, signum classico, nullo servato ordine, nec sine ingenti strepitu, cum alter alterum hortaretur, ad hostium castra contendit. Hic facinora viris fortibus digna Rufinus atque Leontius, filii Zannae ac nepotes Pharesmanae, ediderunt: quibus attoniti Mauri, suorum etiam audita custodum caede, statim, qua cuique licuit, se fugae mandarunt: plerique intercepti in sa-

μενοι ἔθνησκον. Ἰάβδας δὲ αὐτὸς ἀκοντίῳ πληγεὶς τὸν μηρὸν ὅμως διέφυγέ τε καὶ ἐς Μαυριτανοὺς ἀπεχώρησε. Ῥωμαῖοι δὲ διαρπάσαντες τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον οὐκέτι τὸ Αὐράσιον ἐκλείπειν ἔγνωσαν, ἀλλὰ Σολόμωνος ἐνταῦθα φρούρια δομησαμένου φυλάσσουσιν, ὅπως μὴ αὖθις τοῦτο δὴ τὸ ὄρος Μαυρουσίοις ἐσβατὸν ἔσται.

Ἔστι δέ τις ἐν Αὐρασίῳ πέτρα ἀπότομος κρημνῶν ἐς μέσον ἀνέχουσα· πέτραν αὐτὴν Γεμινιανοῦ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι· ᾗ
C δὴ πύργον οἱ πάλαι ἄνθρωποι βραχὺν κομιδῇ ποιησάμενοι καταφυγήν τε ἰσχυράν τινα καὶ ἀμήχανον τῆς τοῦ χωρίου φύσεως σφίσι ξυλλαμβανούσης ἐδείμαντο. ἐνταῦθα ἐτύγχανεν Ἰάβδας τά τε χρήματα καὶ τὰς γυναῖκας ἡμέραις πρότερον ὀλίγαις ἐναποθέμενος, ἕνα τε γέροντα Μαυρούσιον φύλακα τῶν χρημάτων καταστησάμενος. οὐ γὰρ ἄν ποτε ὑπετόπασεν οὔτε τοὺς πολεμίους ἐς τόνδε τὸν χῶρον ἀφίξεσθαι οὔτ' ἂν βίᾳ ἐς τὸν ἅπαντα αἰῶνα τὸν πύργον ἑλεῖν. ἀλλὰ Ῥωμαῖοι τότε τοῦ Αὐρασίου τὰς δυσχωρίας διερευνώμενοι ἐνταῦθα ἧκον, καὶ αὐτῶν τις ἀναβαίνειν εἰς τὸν πύργον ξὺν γέλωτι ἐνεχείρησεν· αἱ δὲ γυναῖκες ἐτώθαζον, ἅτε δὴ ἀμηχάνων ἐφιεμένου καταγελῶσαι. τοῦτο δὲ καὶ ὁ πρεσβύτης
D ἀπὸ τοῦ πύργου διακύψας ἐποίει· ὁ δὲ Ῥωμαῖος στρατιώτης ἐπειδὴ χερσί τε καὶ ποσὶν ἀναβαίνων ἐγγύς που ἐγεγόνει, σπασάμενος ἡσυχῇ τὸ ξίφος ἐξήλετό τε ὡς εἶχε τάχους καὶ τοῦ γέροντος εἰς τὸν αὐχένα ἐπιτυχὼν παίει, τεμεῖν τε αὐτὸν διαμπὰξ ἴσχυσεν. ἥ

1. Ἰάβδας] Ἰαύδας AV hic et infra. 14. οὔτε — οὔτ'] οὐδὲ — οὐδ' P. 22. ἐξήλετο] ἐξάλλετο V.

lebris, oppetierunt. Iabdas, quamvis spiculo sauciatus in femore, evasit, ac se recepit in Mauritaniam. Romani, direptis hostium castris, constituerunt nunquam e monte Aurasio amovere praesidia: quamobrem condita illic a Salomone castella tenent, ut Mauris reditum ad montem praecludant.

Quaedam est in Aurasio abrupta rupes, inter praecipitia surgens, quam indigenae Geminiani rupem appellant. Huic turrim veteres imposuerant, admodum quidem parvam, sed quae validum et insuperabile perfugium offerebat, adiuvante natura loci. Ibi Iabdas paucis ante diebus reposuerat cum uxoribus gazam, atque hanc Mauro cuidam seni custodiendam crediderat. Nunquam enim fore putaverat, ut hostes locum illum contingerent, nedum vi turrim caperent. At scrutantes tum Romani recessus omnes quamlibet asperos, illo penetrarunt. Cumque ascensum tentare quidam ludibundus coepisset, eum feminae deridentes, tanquam temerarium ac maiora viribus audentem, dicteriis lacessebant; neque aliter se gerebat, despectans e turri senior. Miles autem Romanus ille, ubi manibus pedibusque enitens, propius accessit, educto clanculum gladio, saltu quam levissimo potuit emicans, certo ictu seni collum peni-

τε κεφαλὴ ἐξέπεσεν εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ οἱ στρατιῶται θαρσοῦν-
τες ἤδη καὶ ἀλλήλων ἐχόμενοι εἰς τὸν πύργον ἀνέβαινον, καὶ τὰς
γυναῖκας τά τε χρήματα, μεγάλα δὴ ὄντα, ἐνθένδε ἐξεῖλον. ἀφ'
ὧν δὴ Σολόμων πολλὰς τῶν ἐν Λιβύῃ πόλεων περιέβαλε τείχεσι.

Καὶ ἐπειδὴ Μαυρούσιοι ἀνεχώρησαν ἐκ Νουμιδίας νικηθέν-
τες, ὥσπερ ἐρρήθη, Ζάβην τε τὴν χώραν, ἣ ὑπὲρ ὄρος τὸ Αὐ- P 287
ράσιόν ἐστι Μαυριτανία τε ἡ πρώτη καλεῖται μητρόπολιν Σίτιφιν
ἔχουσα, τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐς φόρου ἀπαγωγὴν προσεποιήσατο.
Μαυριτανίας γὰρ τῆς ἑτέρας πρώτη Καισάρεια τυγχάνει οὖσα,
οὗ δὴ ὁ Μαστίγας ξὺν Μαυρουσίοις τοῖς αὐτοῦ ἵδρυτο, ξύμ-
παντα τὰ ἐκείνῃ χωρία κατήκοά τε καὶ φόρου ὑποτελῆ πλήν γε δὴ
πόλεως Καισαρείας ἔχων. ταύτην γὰρ Ῥωμαίοις Βελισάριος τὸ
πρότερον ἀνεσώσατο, ὥσπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι δεδήλωται
λόγοις· ἐς ἣν Ῥωμαῖοι ναυσὶ μὲν εἰς ἀεὶ στέλλονται, πεζῇ δὲ ἰέναι
οὐκ εἰσὶ δυνατοί, Μαυρουσίων ἐν ταύτῃ ᾠκημένων τῇ χώρᾳ.
καὶ ἀπ' αὐτοῦ Λίβυες ἅπαντες, οἳ Ῥωμαίων κατήκοοι ἦσαν,
εἰρήνης ἀσφαλοῦς τυχόντες καὶ τῆς Σολόμωνος ἀρχῆς σώφρονός B
τε καὶ λίαν μετρίας, ἔς τε τὸ λοιπὸν πολέμιον οὐδὲν ἐν νῷ ἔχον-
τες, ἔδοξαν εὐδαιμονέστατοι εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων.

κα'. Τετάρτῳ δὲ ὕστερον ἐνιαυτῷ ἅπαντα σφίσιν ἀγαθὰ V 421
ἐς τοὐναντίον γενέσθαι ξυνέπεσεν. ἔτος γὰρ ἕβδομόν τε καὶ δέ-
κατον Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος,

2. τὰς] τάς τε V. 6. Ζάβην] ζάβιν A. 7. Μαυριτανία] μαυριτανίαν AV. 8. προσεποιήσατο A. προσεποίησα PV. 21. ἕβδομόν τε καὶ δέκατον] quartodecimo RV.

tus abscidit, caputque in terram deiecit. Iam animis aucti milites, et manibus inter se nexi, turrim superant, ac feminas ingentesque acervos pecuniae extrahunt: quam Salomon urbium multarum moenibus aedificandis impendit.

Postquam Mauri, accepta, quam dixi, clade, e Numidia excesserunt, vectigalem Romanis fecit idem provinciam Zabam, trans montem Aurasium sitam. Mauritania haec prima dicitur, habetque metropolin Sitiphin. Caesarea vero princeps et caput est Mauritaniae secundae, quam cum suis Mauris Mastigas incolebat, totam habens sibi subditam ac vectigalem, praeter urbem Caesaream, iam ante a Belisario, ut supra narravi, restitutam Romanis; quibus iter mari ad illam patet, non item terra, propterea quod adiacentes oras obtineat Mauri. Ab eo tempore Afri omnes, quicunque Romanis parebant, stabilem adepti pacem, sub moderato ac valde commodo Salomonis regimine, belli cogitatione omni deposita, mortalium omnium felicissimi videbantur.

21. In contrarium haec felicitas versa est quarto post anno, quo imperii decimum septimum agens Iustinianus Cyrum ac Sergium filios

C *Κῦρός τε καὶ Σέργιος, οἱ Βάκχου τοῦ Σολόμωνος ἀδελφοῦ παῖ-*
δες, πόλεων τῶν ἐν Λιβύῃ πρὸς βασιλέως ἄρχειν ἔλαχον, Πεν-
ταπόλεως μὲν ὁ Κῦρος ὁ πρεσβύτερος, Τριπόλεως δὲ Σέργιος.
Μαυρούσιοι δὲ οἱ Λευάθαι καλούμενοι στρατῷ μεγάλῳ ἐς Λεπτι-
μάγναν πόλιν παρ' αὐτὸν ἵκοντο, ἐπιθρυλοῦντες ὅτι δὴ τούτου
ἕνεκα ἥκοιεν, ὅπως ὁ Σέργιος δῶρα καὶ ξύμβολα σφίσι τὰ νομι-
ζόμενα δοὺς τὴν εἰρήνην κρατύνηται. Σέργιος δὲ Πουδεντίῳ ἀνα-
πεισθεὶς Τριπολίτῃ ἀνδρὶ, οὗπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμνή-
σθην, ἅτε κατ' ἀρχὰς τοῦ Βανδιλικοῦ πολέμου Ἰουστινιανῷ βα-
σιλεῖ ἐπὶ Βανδίλους ὑπηρετήσαντος, ὀγδοήκοντα μὲν τῶν βαρ-
D *βάρων τοὺς μάλιστα δοκίμους τῇ πόλει ἐδέξατο, ἅπαντα ἐπιτε-*
λέσειν ὑποσχόμενος τὰ αἰτούμενα, τοὺς δὲ ἄλλους ἐν τῷ προα-
στείῳ μένειν ἐκέλευσε. τούτοις δὴ τοῖς ὀγδοήκοντα πίστεις ἀμφὶ
τῇ εἰρήνῃ παρασχόμενος οὕτω δὴ αὐτοὺς ἐπὶ θοίνην ἐκάλεσε.
τούτους δὲ λέγουσι τοὺς βαρβάρους νῷ δολερῷ ἐν τῇ πόλει γενέ-
σθαι, ὅπως Σέργιον ἐνεδρεύσαντες κτείνωσιν. ἐπειδή τε αὐτῷ
ἐς λόγους ἦλθον, ἄλλα τε Ῥωμαίοις ἐνεκάλουν ἐγκλήματα καὶ τὰ
λήια σφίσιν οὐ δέον δῃῶσαι. ἅπερ ὁ Σέργιος ἐν ἀλογίᾳ πεποιη-
μένος, ἐκ τοῦ βάθρου ἐξαναστὰς, ἐφ' οὗπερ καθῆτο, ἐβούλετο
ἀπαλλάσσεσθαι. καί τις αὐτοῦ τῶν βαρβάρων τῆς ἐπωμίδος
P 238 *λαβόμενος ἐνεχείρει οἱ ἐμπόδιος εἶναι. ἔς τε θόρυβον ἐνθάδε κα-*
ταστάντες οἱ ἄλλοι ἀμφ' αὐτὸν ἤδη ξυνέρρεον. τῶν δέ τις Σερ-

1. *Κῦρος*] *Curtius* RV: sed recte infra. *ibid. Βάκχου*] *βόχου* A. *Bacchi* RV. 4. *Λευάθαι*] Legebatur *Λευκάθαι*. 5. *ἵκον-το*] *ἥκοντα* V. *ibid. ἐπιθρυλοῦντες*] Vulgo *ἐπιθρυλλοῦντες*. 7. *Πουδεντίῳ*] *ποδεντίῳ* V. 17. *ἐνεκάλουν* V. *ἐπεκάλουν* P. 18. *δῃῶσαι*] *δηϊῶσαι* PV. 19. *βάθρου*] *βαράθρου* AV.

Bacchi, fratris Salomonis, praefecit urbibus Africae; Pentapoli quidem Cyrum maiorem natu, Tripoli vero Sergium. Ad hunc, cum in urbe Leptimagna degeret, armati magno numero venere Mauri, qui dicuntur Lecathae, spargentes in vulgus, se ob eam causam adesse, ut ab Sergio munera ac principatus insignia consueta acciperent, itaque pax sanciretur. At Sergius, de sententia Pudentii Tripolitani, quem initio belli Vandalici Iustiniano Aug. operam adversus Vandalos navasse in superiore libro commemoravi, octoginta, qui inter Barbaros illos spectatissimi erant, in urbem accepit, satis se facturum pollicitus omnibus postulatis; caeteros in suburbiis manere iussit. His octogenis fide data vim abfuturam, eosdem ad epulas invitavit: quos sane fraudulento animo urbem esse ingressos ferunt, ut Sergium insidiose perimerent. Ubi ventum est in colloquium, cum alia Romanis obiecerunt, tum iniquam suarum segetum populationem. Quae naso suspendens Sergius, e sedili surrexit suo, voluitque abire. Mox e Barbaris quidam, humerali eius arrepto, ipsum retentare nititur. Iam ei circumfundebantur etiam caeteri, tumultuantes,

γέλων δορυφόρων τὸ ξίφος σπασάμενος τοῦτον δὴ τὸν Μαυρούσιον διεχρήσατο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ταραχῆς, ὡς τὸ εἰκὸς, γενομένης ἐν τῷ δωματίῳ μεγάλης, οἱ Σεργίου δορυφόροι τοὺς βαρβάρους ἅπαντας ἔκτειναν. καὶ αὐτῶν εἷς, ἐπειδὴ κτεινομένους τοὺς ἄλλους εἶδε, τοῦ τε οἰκήματος, ἵνα δὴ ταῦτα ἐπράσσετο, ἐκπεπήδηκε, λαθὼν ἅπαντας, ἔς τε τοὺς ὁμοφύλους ἀφικόμενος τὰ σφίσι ξυμπεσόντα ἐδήλου. οἱ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες ἔς τε τὸ οἰ- B κεῖον στρατόπεδον κομίζονται δρόμῳ καὶ ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐν ὅπλοις ἐπὶ Ῥωμαίους ἐγένοντο. οἷς δὴ ἀμφὶ πόλιν Λεπτιμάγναν ἀφικομένοις Σέργιός τε καὶ Πουδέντιος παντὶ τῷ στρατῷ ὑπηντίαζον. τῆς τε μάχης ἐκ χειρὸς γινομένης τὰ μὲν πρῶτα ἐνίκων Ῥωμαῖοι καὶ τῶν πολεμίων πολλοὺς ἔκτειναν, καὶ αὐτῶν τὸ στρατόπεδον ληισάμενοι τῶν τε χρημάτων ἐκράτησαν καὶ γυναικῶν τε καὶ παίδων ἐξηνδραπόδισαν μέγα τι χρῆμα. ὕστερον δὲ Πουδέντιος θράσει ἀπερισκέπτῳ ἐχόμενος θνήσκει. Σέργιος δὲ ξὺν Ῥωμαίων στρατῷ, ἤδη γὰρ καὶ συνεσκόταζεν, ἐς Λεπτιμάγναν ἐσήλασε.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον οἱ μὲν βάρβαροι μείζονι παρασκευῇ ἐπὶ C H 153 Ῥωμαίους ἐστράτευσαν. Σέργιος δὲ παρὰ Σολόμωνα τὸν θεῖον ἐστάλη, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὸς μείζονι στρατῷ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἴοι· οὗ δὴ καὶ Κῦρον τὸν ἀδελφὸν εὗρεν. οἵ τε βάρβαροι ἐς Βυζάκιον ἀφικόμενοι πλεῖστα ἐξ ἐπιδρομῆς ἐληίσαντο τῶν ἐκείνῃ χωρίων· Ἀντάλας δὲ (οὗπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμνήσθην,

8. μεγάλης] μεγάλῳ A. 7. ξυμπεσόντα HL. συμπεσόντα P. 9. Λεπτιμάγναν] λεπτίμαγαν HL. 23. ἔμπροσθεν] ἔμπροσθε L.

cum unus e Sergii protectoribus, stricto ense, Maurum illum confecit. Unde exorto, ut fit, in cubiculo tumultu gravi, Sergii protectores necem Barbaris omnibus intulere, praeterquam uni; qui simul ac sociorum caedem fieri vidit, e conclavi, in quo haec patrabantur, prosiluit furtim, et ad populares elapsus, casum exposuit. Quo audito, in castra revolarunt, et cum caeteris omnibus in Romanos arma sumpserunt. Illis ad Leptimagnam progressis, universum exercitum eduxere obviam Sergius Pudentiusque. Inito cominus praelio, superiores quidem principio Romani, stragem Barbarorum fecere, eorumque castris direptis, pecuniarum potiti sunt, et mulierum puerorumque ingentes greges in servitutem abduxere. Subinde vero Pudentius inconsiderata audacia periit, ac iam primis se intendentibus tenebris, Leptimagnam Sergius cum Rom. exercitu ingressus est.

Maiori postea apparatu suscepta a Barbaris in Romanos expeditione, Salomonem patruum suum Sergius adiit, rogaturus, uti ipse validiorem exercitum in hostes duceret: Cyrum quoque fratrem suum apud eum offendit. Ingressi Byzacium Barbari, maximam provinciae illius partem incursione vastarunt. Iamque Antalas, qui constanti erga Romanos fide,

ὅτε Ῥωμαίοις πιστοῦ διαμεμενηκότος, καὶ δι' αὐτὸ μόνου ἐν Βυ-
ζακίῳ Μαυρουσίων ἄρχοντος) ἤδη Σολόμωνι ἐκπεπολεμωμένος
ἐτύγχανεν, ὅτι τε τὰς σιτήσεις, αἷς αὐτὸν βασιλεὺς ἐτετιμήκει,
D Σολόμων ἀφείλετο καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ ἔκτεινε, ταραχήν
αὐτοῦ τινα ἐς Βυζακηνοὺς γινομένην ἐπενεγκών. τότε γοῦν τού-
τους Ἀντάλας τοὺς βαρβάρους ἄσμενός τε εἶδε καὶ ὁμαιχμίαν
V 422 ποιησάμενος ἐπὶ Σολόμωνά τε καὶ Καρχηδόνα σφίσιν ἡγήσατο.
Σολόμων δὲ, ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσε, παντὶ τῷ στρατῷ ἄρας ἐπ'
αὐτοὺς ᾔει, καὶ καταλαβὼν ἀμφὶ πόλιν Τεβέστην, ἓξ ἡμερῶν
ὁδῷ Καρχηδόνος διέχουσαν, ἐστρατοπεδεύσατο αὐτός τε καὶ οἱ
Βάκχου τοῦ ἀδελφοῦ παῖδες, Κῦρός τε καὶ Σέργιος καὶ Σολόμων
ὁ νεώτατος. δείσας τε τὸ τῶν βαρβάρων πλῆθος ἔπεμψε παρὰ
τῶν Λευαθῶν τοὺς ἄρχοντας, μεμφόμενος μὲν ὅτι δὴ ἔνσπονδοι
Ῥωμαίων ὄντες εἶτα ἐν ὅπλοις γενόμενοι ἐπ' αὐτοὺς ἥκουσι, τὴν
δὲ εἰρήνην ἀξιῶν ἐν σφίσι κρατύνασθαι, ὅρκους τε ὀμεῖσθαι τοὺς
P 289 δεινοτάτους ὑπέσχετο, ἦ μὴν ἀμνηστίᾳ τῶν πεπραγμένων ἐς αὐ-
τοὺς χρήσασθαι. χλευάζοντες δὲ τὰ εἰρημένα οἱ βάρβαροι πάν-
τως αὐτὸν ὀμεῖσθαι τὰ Χριστιανῶν λόγια ἔφασαν, ἅπερ καλεῖν
εὐαγγέλια νενομίκασιν. οὐκοῦν ἐπειδὴ Σέργιος ταῦτα ὀμόσας εἶτα
τοὺς πιστεύσαντας ἔκτεινε, βουλομένοις σφίσιν αὐτοῖς εἴη ἐς μά-
χην ἰοῦσι τούτων δὴ τῶν λογίων ἀποπειράσασθαι, ὁποίαν τινὰ
πρὸς τοὺς ἐπιόρκους δύναμιν ἔχουσιν, ὅπως αὐτοῖς βεβαιότατα

1. μόνου P et Grotius. μόνον AHL. 13. Λευαθῶν] Legebatur Λεβάνθων.

quemadmodum supra retuli, id consecutus erat, ut solus Mauris Byzacenis praeesset, inimicitias cum Salomone susceperat, quod annonam, quam Imperator ipsi assignaverat, Salomon intervertisset, fratremque ipsius morte mulctasset, criminatus, auctorem eum fuisse cuiusdam motus inter Byzacenos conciti. His de causis lubenti Antalas animo istos Barbaros in conspectum admisit, initaque societate, contra Salomonem et Carthaginem duxit. Qua de re factus certior Salomon, in eos copias eduxit omnes, nactusque ipsos ad urbem Tebestam, quae Carthagine dierum sex iter abest, ibi cum Bacchi fratris sui filiis Cyro, Sergio, ac Salomone natu minimo metatus est. Barbarorum numero territus, misit ad Lebantharum duces, et cum illis expostulavit, quod arma in Romanos sibi foedere coniunctos moverent; pacem potius firmandam esse; offerre se iusiurandum sanctissimum, quo fidem faceret, quidquid patrassent, oblivione deletum iri. Barbari risu excipientes dicta, respondent, ipsum utique per sacras iuraturum literas Christianorum, quas evangelia vocare solent: porro velle se, postquam illa Sergius iuramento adhibuisset, et eos, qui ipsi credidissent, necasset, velle se, inquam, praelio experiri quam haberent vim divina illa oracula in periuros; ut cum fide certissima ad pa-

πιστεύσαντες οὕτω δὴ ἐπὶ τὰς ξυνθήκας καθιστῶνται. ταῦτα Σολόμων ἀκούσας τὰ ἐς τὴν ξυμβολὴν ἐξηρτύετο.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μοίρᾳ τινὶ τῶν πολεμίων λείαν ὅτι πλείστην B ἀγούσῃ ξυμβαλὼν καὶ μάχῃ νικήσας ἀφελών τε τὴν λείαν ἐφύλασσε πᾶσαν. δυσανασχετοῦσι δὲ τοῖς στρατιώταις καὶ δεινὰ ποιουμένοις, ὅτι δὴ αὐτοῖς οὐκ ἐδίδου τὰ λάφυρα, ἔφασκεν ἀναμένειν τὸ τοῦ πολέμου πέρας, ὅπως δὴ ἅπαντα τηνικαῦτα διανέμωνται, καθάπερ ἂν ἐς τὴν ἀξίαν ἐπιβάλλον ἑκάστῳ φαίνηται. ἐπεὶ δὲ αὖθις οἱ βάρβαροι πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἐς ξυμβολὴν ὥρμηντο, ἐνταῦθα Ῥωμαίων τέ τινες ἀπελίποντο καὶ οἱ ἄλλοι οὐ ξὺν προθυμίᾳ ἐς τὴν παράταξιν ᾔεσαν. καὶ πρῶτα μὲν ἀγχώμαλος ἐγεγόνει ἡ μάχη, ὕστερον δὲ πλήθει πολλῷ ὑπερβαλλομένων τῶν Μαυρουσίων, Ῥωμαίων μὲν οἱ πολλοὶ ἔφευγον, Σολόμων δὲ καὶ C ἀμφ' αὐτόν τινες χρόνον μέν τινα βαλλόμενοι ἀντεῖχον, ὕστερον δὲ ὑπερβιαζομένων τῶν πολεμίων σπουδῇ ἔφευγον, ἔς τε ῥύακος ἐκείνῃ ῥέοντος χαράδραν ἀφίκοντο. ἔνθα δὴ ὀκλάσαντός οἱ τοῦ ἵππου Σολόμων ἐκπίπτει ἐς ἔδαφος, καὶ αὐτὸν κατὰ τάχος χερσὶν οἱ δορυφόροι ἀράμενοι ἐπὶ τοῦ ἵππου καθίζουσι. περιώδυνον δὲ γεγονότα καὶ ἀδύνατον ἔτι τοῦ χαλινοῦ ἔχεσθαι καταλαβόντες οἱ βάρβαροι αὐτόν τε κτείνουσι καὶ τῶν δορυφόρων πολλούς. αὕτη τε τοῦ βίου τελευτὴ Σολόμωνι ἐγένετο.

4. μάχῃ L. μάχην P. 13. „ἔφευγον Reg.“ MALT. Sic ALHm. ἔφυγον HP. 21. „σολόμωνι Reg.“ MALT. Sic LHm. σολόμωνος HP.

ctionem componendam accederent. Haec ubi accepit Salomon, se ad pugnam accinxit.

Postridie, cum hostili agmine, maximam praedam abducente, congressus, eam pariter cum victoria retulit, ac negata sibi spolia querentibus frementibusque militibus, belli finem expectandum dixit, ut omnia tunc pro cuiusque merito dividerentur. Ad pugnam deinde cum universo exercitu redeuntibus Barbaris, Romanorum nonnulla pars abfuit; caeteri gravate in aciem exierunt. Initio quidem ancipiti Marte certatum est: dein vero Mauri, numero longe superiores, Romanorum maximam partem disiecerunt in fugam. Telorum grandini restitit aliquandiu Salomon cum parva suorum manu; qui hostibus tandem praevalentibus coacti cedere, cum ad rivi proximi praecipitem alveum contentissime fugientes venissent, succidens in crura equus Salomonem excussit. Ille protectorum manibus confestim erectus, et in equum sublatus, cum prae dolore nimio iam tractare frenum nequiret, comprehensus a Barbaris trucidatur, una cum stipatorum non paucis. Hunc Salomon vitae exitum habuit.

D κβ'. Τελευτήσαντος δὲ Σολόμωνος, Σέργιος αὐτοῦ, ὥσπερ
εἴρηται, ἀδελφιδοῦς ὤν, δόντος βασιλέως, παρέλαβε τὴν Λιβύης
ἀρχήν. ὃς δὴ φθορᾶς πολλῆς αἰτιώτατος τῷ Λιβύων γένει ἐγέ-
νετο, ἅπαντές τε αὐτοῦ τῇ ἀρχῇ ἤχθοντο, ἄρχοντες μὲν, ὅτι
P 290 ἀξύνετος ὢν κομιδῇ καὶ νέος τόν τε τρόπον καὶ τὴν ἡλικίαν ἀλα-
ζονικώτατος γέγονεν ἀνθρώπων ἁπάντων, ὕβριζέ τε λόγῳ οὐδενὶ
ἐς αὐτοὺς καὶ ὑπερεώρα, πλούτῳ τε καὶ δυνάμει καὶ τῇ τῆς ἀρ-
χῆς ἐξουσίᾳ ἐς τοῦτο ἀεὶ ἐπιχρώμενος· οἱ δὲ στρατιῶται, ὅτι δὴ
ἄνανδρός τε καὶ μαλθακὸς παντάπασιν ἦν· οἱ δὲ Λίβυες, διά τε
ταῦτα καὶ ὅτι γυναικῶν τε καὶ χρημάτων ἀλλοτρίων ἄτοπός τις
ἐραστὴς ἐγεγόνει. μάλιστα δὲ πάντων ὁ Σισιννιόλου Ἰωάννης τῇ
Σεργίου δυνάμει χαλεπῶς εἶχε. ἀγαθὸς γὰρ ὢν τὰ πολέμια καὶ
H 154 διαφερόντως εὐδόκιμος, ἀχαρίστου τοῦ ἀνθρώπου ἀτεχνῶς ἔτυ-
B χεν. διὸ δὴ οὔτε αὐτὸς οὔτε ἄλλος τῶν πάντων οὐδεὶς ὅπλα ἀν-
ταίρειν ἐν τοῖς πολέμοις ἠβούλοντο. τῷ δὲ Ἀντάλᾳ οἵ τε Μαυ-
ρούσιοι σχεδόν τι ἅπαντες εἵποντο καὶ Στότζας ἐκ Μαυριτανίας
V 423 μετάπεμπτος ἦλθεν. ἐπεί τε οὐδεὶς σφίσιν ἐπεξῄει τῶν πολε-
μίων, ἦγόν τε καὶ ἔφερον ληιζόμενοι ἀδεῶς ἅπαντα. τότε Ἀν-
τάλας Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ γράμματα ἔγραψεν. ἐδήλου δὲ ἡ γρα-
φὴ τάδε „Δοῦλος μὲν εἶναι τῆς σῆς βασιλείας οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτὸς
ἀρνηθείην, Μαυρούσιοι δὲ πρὸς Σολόμωνος ἐν σπονδαῖς πεπον-

4. τε addidi ex AL, et addebat in annot. Hoeschelius. 10. καὶ ὅτι] ὅτι om. HL: habet Hm. 11. Σισιννιόλου] σισινιόλου H. *Sisinii* RV ut p. 282 b. 15. πολέμοις] πολεμίοις HL.

22. Defuncto Salomone, Sergium, qui, uti diximus, eius erat ex fratre nepos, Africae praeposuit Imperator. Multarum is calamitatum, quibus Afri sunt conflictati, praecipuus auctor extitit. Ipsius dominatum graviter omnes ferebant: duces quidem, quod, quamvis oppido rudis, et cum aetate, tum moribus iuvenis esset, ipsos tamen per arrogantiam, qua mortales omnes vincebat, contumeliis afficeret licentissime, et despicaretur, ad hoc divitiis, potentia, ac sui muneris auctoritate nunquam non abutens: milites vero, quod effeminatum et mollissimum omnino nossent: Afri denique, cum easdem ob causas, tum quod perdite mulierosus, opumque alienarum avidissimus esset. Omnium maxime potentia Sergii offendebatur Ioannes, Sisinnioli filius, quoniam, licet virtute bellica ac nobilitate excelleret, nihilominus ingratissimum hominem experiebatur. Quo fiebat, ut nec ipse, nec omnium quisquam unus ad bellum egredi, et repugnare hostibus vellet. Cuncti fere Mauri se adiunxerant Antalae: aderat etiam Stozas evocatus e Mauritania, et cum in eos nemo erumperet, agebant omnia ferebantque impune. Quo tempore Antalas Iustiniano Aug. scripsit in hanc sententiam. *Haud equidem me maiestatis tuae servum esse inficior: verum, post sancitam inter nos pacem, iniquissime habiti a Salomone Mauri, arma perquam inviti ceperunt, non in te,*

θότες ἀνόσια ἔργα ἐν ὅπλοις ὡς μάλιστα ἠναγκασμένοι γεγόνασιν, οὔ σοι ταῦτα ἀνταίροντες, ἀλλὰ τὸν ἐχθρὸν ἀμυνόμενοι, καὶ διαφερόντως ἐγώ. οὐ γὰρ ὅσον με τῶν σιτήσεων ἀποστερεῖν ἔγνω, C ὥσπερ μοι πολλῷ πρότερον χρόνῳ Βελισάριός τε διώρισε καὶ αὐτὸς δέδωκας, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν ἔκτεινεν, οὐδὲν αὐτῷ ἀδίκημα ἐπενεγκεῖν ἔχων. τὴν μὲν οὖν δίκην παρὰ τοῦ ἠδικηκότος ἡμᾶς λαβόντες ἔχομεν. εἰ δέ σοι βουλομένῳ ἐστὶ δουλεύειν τε Μαυρουσίους τῇ σῇ βασιλείᾳ καὶ πάντα ὑπηρετεῖν ᾗπερ εἰώθασι, Σέργιον μὲν τὸν Σολόμωνος ἀδελφιδοῦν ἐνθένδε ἀπαλλαγέντα ἐπανήκειν παρὰ σὲ κέλευε, ἄλλον δὲ στρατηγὸν ἐς Λιβύην πέμπε. οὐ γάρ σε ἐπιλείψουσιν ἄνδρες ξυνετοί τε καὶ Σεργίου τῷ παντὶ ἀξιώτεροι· ἕως γὰρ οὗτος τῷ σῷ ἐξηγεῖται στρατῷ, εἰρήνην ἔς D τε Ῥωμαίους καὶ Μαυρουσίους ξυνίστασθαι ἀμήχανά ἐστιν." Ἀντάλας μὲν τοσαῦτα ἔγραψε. βασιλεὺς δὲ ταῦτα ἀναλεξάμενος καὶ μαθὼν τὸ κοινὸν ἁπάντων ἐς Σέργιον ἔχθος, οὐδ᾽ ὣς παραλύειν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς ἤθελε, Σολόμωνος τήν τε ἄλλην ἀρετὴν καὶ τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν αἰσχυνόμενος. ταῦτα μὲν οὖν ἐφέρετο τῇδε.

Σολόμων δὲ, ὁ Σεργίου ἀδελφὸς, δόξας ξὺν τῷ θείῳ Σολόμωνι ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, πρός τε τῶν ἄλλων καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἠμελήθη· οὐ γάρ τις αὐτὸν περιόντα ἔγνω. ἐτύγχανον δὲ ζωγρήσαντες αὐτὸν, ἅτε νέον κομιδῇ ὄντα, Μαυρούσιοι, καὶ αὐτοὶ ἀνεπυνθάνοντο ὅστις ποτὲ εἴη. ὁ δὲ Βανδίλος μὲν γένος,

3. με] μὲν HL. ἴσ. με Hm. 4. ὥσπερ] ὥσπερ HL: ἅσπερ L corr. 15. ἔχθος] ἄχθος L a pr. m.

sed contra inimicum, a me inprimis oppugnandum. Etenim non tantum privare me est ausus annona, quam a Belisario mihi iamdiu decretam ipse concessisti, sed fratrem etiam meum insontem sustulit. Nunc, postquam poenas ab iniquo recepimus, si Mauros maiestati tuae subditos, et omnino pro more obsequentes habere vis, Salomonis ex fratre nepotem Sergium hinc ad te revoca, aliumque Magistrum militum in Africam mitte. Nec vero penuria tibi est virorum prudentum, qui Sergium omni meritorum genere superent. Nunquam autem pax coagmentari Romanos inter ac Mauros poterit, quandiu copiis tuis hic imperabit. Haec scripsit Antalas: quae cum Imperator legisset, audiissetque Sergium omnibus invisum esse, ne his quidem adduci potuit, ut ei potestatem abrogaret, Salomonis virtuti ac morti tristissimae honorem habens. Ita res ibat.

Cum autem Salomon Sergii frater una cum Salomone patruo mortuus crederetur, de illo nemini, ne ipsi quidem Sergio, curae erat: neque enim superstitem eum quisquam sciebat. Porro Mauri, quod esset admodum adolescens, capto vitam concesserant. Iussus demum ac genus edere, respondit Vandalum se esse et Salomonis servum: amicum habere

P 291 Σολόμωνος δὲ δοῦλος ἔφασκεν εἶναι. φίλον μέντοι τῶν τινα ἰατρῶν, Πηγάσιον ὄνομα, εἶναί οἱ ἐν τῇ πόλει Λαρίβῳ, πλησίον που οὔσῃ, ὃς αὐτὸν ὠνήσαιτο τὰ λύτρα διδούς. οἱ μὲν οὖν Μαυρούσιοι ἄγχιστα τοῦ τῆς πόλεως περιβόλου γενόμενοι ἐκάλουν τε τὸν Πηγάσιον καί οἱ Σολόμωνα ἐδείκνυον, ἠρώτων τε εἴ οἱ τοῦτον ὠνεῖσθαι πρὸς ἡδονῆς ἐστι. καὶ ἐπεὶ ὡμολόγει ὠνήσεσθαι, πεντήκοντά οἱ χρυσοῖς ἀπέδοντο τὸν Σολόμωνα. ἐντὸς δὲ τοῦ περιβόλου γενόμενος Σολόμων τοὺς Μαυρουσίους, ἅτε πρὸς αὐτοῦ μειρακίου ὄντος ἐξηπατημένους, ἐτώθαζε. αὐτὸς γὰρ ἔφασκε
B Βάκχου μὲν παῖς, Σολόμωνος δὲ ἀδελφιδοῦς εἶναι. Μαυρούσιοι δὲ τοῖς τε ξυμπεσοῦσι περιαλγοῦντες καὶ δεινὰ ποιούμενοι, ὅτι δὴ Σεργίου τε καὶ Ῥωμαίων ἐνέχυρον καρτερὸν ἔχοντες εἶτα οὕτω παρέργως ἀφῆκαν, ἐς Λάριβόν τε ἀφίκοντο καὶ αὐτοῖς ἐς πολιορκίαν κατέστησαν, ὅπως τὸν Σολόμωνα ξὺν τῇ πόλει αἱρήσωσιν. οἱ δὲ πολιορκούμενοι τῶν βαρβάρων τὴν προσεδρείαν κατορρωδήσαντες, ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ἐπιτήδεια ἐσκομισάμενοι ἔτυχον, τοῖς Μαυρουσίοις ἐς λόγους ἦλθον, ἐφ᾽ ᾧ χρήματα μεγάλα περιβαλλόμενοι τὴν προσεδρείαν εὐθὺς διαλύσωσιν. οἱ δὲ οὐκ ἂν ἑλεῖν βίᾳ τὴν πόλιν οἰόμενοι, ἐπεὶ Μαυρουσίοις τειχομαχεῖν οὐδαμῆ ἤσκηται, σπανίζειν τε τὰ ἐπιτήδεια τοῖς πολιορκουμένοις
C ἥκιστα ἔγνωσαν, τούς τε λόγους ἐνεδέχοντο καὶ τρισχιλίους κεκομισμένοι χρυσοῦς τὴν πολιορκίαν διέλυσαν, καὶ οἱ Λευάθαι ἐπ᾽ οἴκου ξύμπαντες ἀνεχώρησαν.

6. ὠνήσεσθαι] ὠνήσασθαι L corr. Hm. 7. χρυσοῖς] χρυσοῦ HL. 8. Σολόμων addidi ex A. 9. αὐτὸς γὰρ] Legebatur αὐτὸς γὰρ Σολόμων. 11. ξυμπεσοῦσι] ξυμπεσοῦσιν L. 13. οὕτω] οὕτως L. ibid. αὐτοῖς add. HL: om. P. 15. 18. προσεδρείαν] Vulgo προσεδρίαν. 18. εὐθὺς] Vulgo εὐθύ. 22. Λευάθαι] λέβαθε L. λεβάθαι H. Λεβάνθαι P. Λευάνθαι Scaliger. Leucathae RV.

Laribi (urbs haec vicina erat) medicum quemdam, Pegasium nomine, a quo redimeretur. Accedunt Mauri ad urbis moenia; accito Pegasio Salomonem exhibent; rogant, eumne emere lubeat. Pacto aureorum L. pretio, Salomonem dimittunt: qui urbem ingressus, Mauros, a se quamvis adolescentulo circumscriptos, sannis explosit, tunc se Bacchi filium, et ab eo Salomonis nepotem professus. Hinc dolore incensi Mauri, ac secum indignantes, quod, cum Sergii Romanorumque firmum pignus haberent, id abire adeo negligenter sivissent; ad urbem Laribum confluunt, eoque animo obsidium capessunt, ut Salomonem cum illa pariter capiant. Obsessos invasit timor: quo impulsi, quoniam nullos commeatus invexerant, cum Mauris agunt, ut, grandi accepta pecunia, obsidionem extemplo solvant. Illi desperata urbis expugnatione, quod ad oppugnandos muros inexercitati sint Mauri; cum etiam ignorarent cibariorum penuria laborare obsessos, ad conditionem accedunt, tribusque aureorum acceptis millibus, obsidionem solvunt. Tum Lebanthae omnes domum repetiere.

κγ'. Ἀντάλας δὲ καὶ ὁ τῶν Μαυρουσίων στρατὸς ξυνελέ- V 424
γοντο αὖθις ἐν Βυζακίῳ, καὶ αὐτοῖς Στότζας ξυνῆν, στρατιώτας
τε ὀλίγους τινὰς καὶ Βανδίλους ἔχων. Ἰωάννης δὲ ὁ Σισιννιόλου,
πολλὰ λιπαρούντων Λιβύων, στράτευμα ἀγείρας ἐπ' αὐτοὺς ἦλ- D
θεν. ἐτύγχανε δὲ Ἱμέριος Θρᾷξ τῶν ἐν Βυζακίῳ καταλόγων ἄρ-
χων, ὃν δὴ τότε Ἰωάννης ἐκέλευε πάντας ἐπαγόμενον τοὺς ταύτῃ
καταλόγους ξὺν τοῖς ἑκάστῳ ἡγουμένοις ἐλθόντα ἐς χωρίον Μενε- H 155
φέση, ὅ ἐστιν ἐν Βυζακίῳ, σφίσι ξυμμῖξαι. ὕστερον δὲ ἀκούσας
ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεῦσθαι τοὺς πολεμίους, Ἱμερίῳ ἔγραφε τά
τε ξυμπεσόντα δηλῶν καὶ σφίσιν ἐπαγγέλλων ἑτέρωθι ἀναμίγνυ-
σθαι, ὅπως μὴ κατὰ μόνας, ἀλλὰ κοινῇ ἅπαντες ὑπαντιάσωσι
τοῖς πολεμίοις. τύχῃ δέ τινι οἱ ταῦτα τὰ γράμματα ἔχοντες ὁδῷ
ἑτέρᾳ χρησάμενοι τὸν Ἱμέριον εὑρεῖν οὐδαμῇ ἴσχυσαν, ἀλλὰ ξὺν
τῷ στρατῷ ἐμπεπτωκὼς ἐς τὸ τῶν ἐναντίων στρατόπεδον γέγονεν
ὑπὸ ταῖς ἐκείνων χερσίν. ἦν δέ τις ἐν τούτῳ τῷ Ῥωμαίων στρα- P 292
τῷ νεανίας Σεβηριανὸς, Ἀσιατικοῦ παῖς, Φοῖνιξ, Ἐμεσηνὸς γέ-
νος, καταλόγου ἱππικοῦ ἄρχων. ὃς δὴ μόνος ξὺν τοῖς ἀμφ'
αὐτὸν στρατιώταις, πεντήκοντα οὖσι, τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας
ἦλθε. καὶ χρόνον μὲν ἀντεῖχόν τινα, ἔπειτα δὲ πολλῷ πλήθει
βιαζόμενοι ἐς λόφον ἀνέδραμον ἐνταῦθά πη ὄντα, οὗ δὴ φρού-
ριον οὐκ ἀσφαλὲς ἦν. διὸ δὴ ὁμολογίᾳ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς ἐναν-
τίοις ἐνταῦθα ἐπ' αὐτοὺς ἀναβεβηκόσι παρέδωκαν. οἱ δὲ οὔτε

3. Σισιννιόλου] σισινιόλου H. *Sisinii* RV. Vid. ad p. 290 a. 4. ἀγείρας L. ἐγείρας P. 7. „Μενεφέση] Leg. Μενεφέσην." MALT. *Menephessam* RV. 8. ξυμμῖξαι] ξυμμίξαι P. 9. ἐστρατοπεδεῦσθαι] στρατοπεδεύεσθαι L a pr. m. 21. σφᾶς αὐτοὺς] σφᾶς (σφὰς L) αὐτοῖς HL.

23. Iterum Antalas ac Maurorum exercitus in Byzacio coiere, socio Stoza cum exigua Romanorum militum ac Vandalorum manu. Filius vero Sisinnioli Ioannes, sollicitis precibus Afrorum victus, collectas copias in eos duxit, atque Himerium Thracem cum omnibus, quibus praeerat, numeris Byzacenis ac singulorum ducibus Menephesen in Byzacio sitam petere, et vires iungere sibi iussit. Postea compertum habens ibi hostes metatos esse, Himerio per literas quid contigisset significat, mandatque ut secum alibi coëat; ne separate, sed una omnes illis occurrant. Forte accidit, ut diversum ingressi iter tabellarii, deerraverint ab Himerio; qui in hostium castra atque adeo manus delapsus est. In eo Romanorum exercitu erat Severianus adolescens, Asiatici filius, natione Phoenix, ortu Emesenus, turmae equestris ductor. Praeter hunc et L. eius milites, nemo manum cum hoste conseruit. Illi quidem impetum aliquandiu sustinuere: deinde vero multitudine oppressi, evasere cursu in collem proximum, ubi castellum erat non satis firmum. Quamobrem hostibus, qui illo ascenderunt, se permisere. Nec Severianum, militumve quemquam spe-

αὐτὸν οὔτε τῶν στρατιωτῶν τινα ἔκτειναν, ἀλλὰ ζωγρήσαντες ἅπαντας, Ἱμέριον μὲν ἐν φυλακῇ ἔσχον, τῷ δὲ Στότζᾳ τοὺς στρα- B τιώτας παρέδοσαν, ὁμολογοῦντας σφίσι ξὺν προθυμίᾳ πολλῇ ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύσεσθαι· τὸν μέντοι Ἱμέριον, ἢν μὴ τὰ ἐπαγγελλόμενα ποιῇ, κτείνειν ἠπείλουν. ἐπήγγελλον δὲ πόλιν Ἀδραμητὸν ἐπιθαλασσίαν μηχανῇ τινι σφίσιν ἐνδοῦναι. καὶ ἐπεὶ οἱ ἰσχυρίζετο βουλομένῳ εἶναι, ἐπὶ Ἀδραμητὸν σὺν αὐτῷ ᾔεσαν. τῆς πόλεως ἀγχοῦ γενόμενοι Ἱμέριον μὲν ὀλίγῳ ἔμπροσθεν ξὺν στρατιώταις τῶν Στότζᾳ ἑπομένων τισὶν ἔπεμψαν, Μαυρουσίους δεδεμένους δῆθεν ἐφέλκοντα, αὐτοὶ δὲ ὄπισθεν εἵποντο. καὶ τῷ Ἱμερίῳ εἰπεῖν τοῖς ἐφεστῶσι ταῖς τῆς πόλεως πύλαις ἐπέστελλον, ὡς νικῴη μὲν κατὰ κράτος ὁ βασιλέως στρατός, ἥξει δὲ Ἰωάν- C νης αὐτίκα δὴ μάλα, πλῆθος Μαυρουσίων δοριαλώτων ἄγων ἀριθμοῦ κρεῖσσον· οὕτω τε τῶν πυλῶν σφίσιν ἀνοιγνυμένων, ἐντὸς τοῦ περιβόλου ξὺν τοῖς ἅμα αὐτῷ ἰοῦσι γενέσθαι. καὶ ὁ μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίει. Ἀδραμητηνοὶ δὲ οὕτως ἐξαπατηθέντες (οὐ γὰρ ἀπιστεῖν τῷ πάντων ἄρχοντι τῶν ἐν Βυζακίῳ στρατιωτῶν εἶχον) τὰς πύλας ἀναπετάσαντες τοὺς πολεμίους ἐδέχοντο. τότε δὴ οἱ ξὺν τῷ Ἱμερίῳ ἐσβάντες σπασάμενοι τὰ ξίφη τὰς πύλας ἐπιτιθέναι τοὺς ταύτῃ φύλακας οὐκ ἔτι εἴων, ἀλλὰ πάντα τῇ πόλει αὐτίκα ἐδέξαντο τὸν τῶν Μαυρουσίων στρατόν. ληισάμε- D νοί τε αὐτὴν οἱ βάρβαροι καὶ φύλακας καταστησάμενοι ὀλίγους

4. στρατεύσεσθαι ALPm. στρατεύσασθαι HP. 5. ἐπήγγελλον] ἐπήγγελλε H. 10. δῆθεν AHL. δῆθεν τῷ λόγῳ P ex Maltreti coniectura. 13. δοριαλώτων] Vulgo δορυαλώτων. 16. Ἀδραμητηνοὶ] Vulgo Ἀδραμητινοί.

varunt vita Barbari, sed cum omnes cepissent vivos, Himerio in custodiam dato, milites, se in Romanos arma laturos magno studio pollicentes, Stozae tradiderunt: Himerio mortem, nisi imperata faceret, intentarunt. Mandarunt autem, aliqua arte efficeret, ut Adrumeto, urbe maritima, potirentur. Ut collibitum id sibi esse asseveravit Himerius, Adrumetum cum eo petunt. Urbi iam propinqui, illum modico intervallo praemittunt, nonnullis Stozae militibus stipatum, et Mauros in speciem vinctos trahentem interea, dum ipsi subsequerentur. Haec autem praeceperant, nuntiaret portae custodibus, vi victum ac fusum hostem ab Imperatoris exercitu, moxque affuturum Ioannem cum Maurorum captivorum turba innumerabili: tum reclusa porta, urbem cum comitatu intraret. Morem is gessit, itaque decepti Adrumetini, cum nihil esset cur duci militum omnium, qui in Byzacio alebantur, diffiderent, reserata porta, hostes acceperunt. Qui cum Himerio ingressi erant, eductis protinus gladiis, ne portam custodes clauderent prohibuere, omnemque Maurorum exercitum admiserunt in urbem: qua direpta, ac parvo munita praesidio,

τινὰς ἀπηλλάσσοντο. Ῥωμαίων δὲ τῶν ζωγρηθέντων τινὲς μὲν φυγόντες ἐς Καρχηδόνα ἦλθον, ἐν τοῖς Σεβηριανός τε καὶ Ἱμέριος ἦν. ἐκ Μαυρουσίων γὰρ τοῖς φεύγειν ἐθέλουσιν οὐ χαλεπὸν ἦν. πολλοὶ δὲ καὶ ξὺν τῷ Στότζᾳ οὔ τι ἀκούσιοι ἔμειναν.

Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον τῶν τις ἱερέων, Παῦλος ὄνομα, ὃς δὴ ἐφεστήκει τῇ τῶν νοσούντων ἐπιμελείᾳ, κοινολογησάμενος τῶν λογίμων τισὶν, αὐτὸς μὲν, ἔφη, ἐς Καρχηδόνα σταλήσομαι καὶ κατὰ τάχος ξὺν στρατῷ ἐπανήξειν ἐλπίδα ἔχω, ὑμῖν δὲ μελήσει τῇ πόλει τὸ βασιλέως στράτευμα δέξασθαι. οἱ μὲν οὖν αὐτὸν βρόχοις τισὶν ἀνάψαντες νύκτωρ ἀπὸ τοῦ περιβόλου καθῆκαν, ὁ δὲ παρὰ τῆς θαλάσσης τὴν ῥόνα γενόμενος, ὁλκάδος V 425 τε ἁλιέων ἐπιτυχὼν ἐνταῦθά πη οὔσης χρήμασι πολλοῖς ἀναπείσας P 293 τοὺς ταύτῃ κυρίους ἐς Καρχηδόνα ἔπλει. οὗ δὴ καταπλεύσας καὶ Σεργίῳ ἐς ὄψιν ἐλθὼν τόν τε λόγον ἅπαντα ἔφρασε καὶ στράτευμα λόγου ἄξιον ὡς Ἀδραμητὸν ἀνασωσομένῳ διδόναι ἠξίου. καὶ ἐπεὶ ταῦτα Σέργιον ἥκιστα ἤρεσκεν, ἅτε τοῦ ἐν Καρχηδόνι στρατοῦ οὐ πολλοῦ ὄντος, ὁ δὲ ὀλίγους οἱ στρατιώτας τινὰς διδόναι ἐδεῖτο, λαβών τε ἄνδρας οὐ πλέον ὀγδοήκοντα, ἐπενόει τοιάδε. νηῶν τε ἄθροισιν καὶ ἀκάτων συχνῶν ποιησάμενος ναύτας τε πολλοὺς ἐνταῦθα ἐσεβίβασε καὶ Λίβυας ἄλλους, ἱμάτια περιβεβλημένους, ἃ δὴ Ῥωμαίων οἱ στρατιῶται εἰώθασιν ἐνδιδύ- B σκεσθαι. ἄρας τε τῷ παντὶ στόλῳ εὐθὺ Ἀδραμητοῦ κατὰ τάχος H 156

2. Σεβηριανός] σενηριανός AHL. 6. ἐφεστήκει L corr. Hm. ἐνεστήκει AL. ἑστήκει HP. 7. λογίμων] λογίων HL et Reg. apud Malt. 11. ῥόνα] Vulgo ἠϊόνα. 13. ταύτῃ HL. ταύτης P. 22. εὐθὺ] Vulgo εὐθύς.

Barbari discesserunt. Romanorum, qui vivi in eorum potestatem venerant, elapsi nonnulli se recepere Carthaginem: Severianus atque Himerius in illo fuere numero. Quisquis enim Mauris fuga subtrahere se volebat, facile poterat. Multi a Stoza digredi noluerunt.

Aliquanto post sacerdos quidam (Paulo nomen erat) nosocomio praefectus, cum civitatis optimatibus quibusdam agens, *Equidem ipse*, inquit, *Carthaginem proficiscar, spe ductus, fore ut cum copiis propediem redeam: vobis vero ut in urbem Caesarianus intromittatur exercitus curae sit.* Eum illi funibus religatum e muro noctu demiserunt. Hinc ipse ad littus maris progressus, ac navigium piscatorium nactus, ab iis, ad quos id pertinebat, multa impetravit pecunia, ut Carthaginem veheretur. Quo delatus, et ad Sergium introductus, rem plane enuntiavit, validasque copias petiit, utpote qui recipere Adrumetum pararet. Renuenti Sergio, et Carthaginiensis praesidii tenuitatem causanti institit, ut aliquot saltem sibi milites adiungerentur. Assumptis tandem non amplius octoginta, hanc artem excogitat. Collecta magna vi navium scapharumque, nautas plurimos aliosque Afros in eas imponit, militum Romanorum more vestitos. Tum oram solvit, et recta Adrumetum versus cum omni classe celeriter

ἔπλει. καὶ ἐπεὶ αὐτῆς ἄγχιστα ἐγεγόνει, πέμψας τινὰς λάθρα τοῖς τῆς πόλεως δοκίμοις ἐσήμαινεν ὡς Γερμανὸς ὁ βασιλέως ἀνεψιὸς ἐς Καρχηδόνα ἔναγχος ἥκων Ἀδραμητηνοῖς λόγου πολλοῦ ἄξιον στράτευμα πέμψει. οἷς δὴ θαρσοῦντας ἐκέλευε τὴν νύκτα ἐκείνην ἀνακλῖναι σφίσι πυλίδα μίαν. οἱ δὲ τὰ ἐπηγγελμένα ἐποίουν. οὕτω τε ὁ Παῦλος ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἐντὸς τοῦ περι-
C βόλου γενόμενος τούς τε πολεμίους ἅπαντας ἔκτεινε καὶ βασιλεῖ Ἀδραμητὸν ἀνεσώσατο, ἥ τε ἀμφὶ Γερμανῷ φήμη ἐνθένδε ἀρξαμένη ἄχρι ἐς Καρχηδόνα ἐχώρησεν. οἱ δὲ Μαυρούσιοι καὶ ὁ Στότζας ξὺν τοῖς ἑπομένοις ταῦτα ἀκούσαντες κατ' ἀρχὰς μὲν κατωρρώδησάν τε καὶ ἐς τὰς Λιβύης ἐσχατιὰς φεύγοντες ᾤχοντο, ἔπειτα δὲ γνόντες τὸν ἀληθῆ λόγον δεινὰ ἐποιοῦντο, εἰ αὐτοὶ Ἀδραμητηνῶν φεισάμενοι πάντων τοιαῦτα πρὸς ἐκείνων πεπόνθασι. διὸ δὴ πανταχῇ ἐπισκήψαντες ἀνόσια Λίβυας ἔργα εἰργάσαντο, οὐδεμιᾶς ἡλικίας φεισάμενοι, γέγονέ τε τότε ἀνθρώπων ἔρημος ἐπὶ πλεῖστον ἡ χώρα. Λιβύων γὰρ τῶν ἀπολελειμμένων
D οἱ μὲν ἐς τὰς πόλεις διέφευγον, οἱ δὲ ἐς τὴν Σικελίαν καὶ νήσους τὰς ἄλλας. οἱ μέντοι λόγιμοι ἅπαντες ἐς Βυζάντιον ἦλθον, ἐν τοῖς καὶ Παῦλος ἦν, ὁ τὴν Ἀδραμητὸν ἀνασωσάμενος βασιλεῖ. οἵ τε Μαυρούσιοι ἀδεέστερον ἅπαντες, ἅτε οὐδενὸς σφίσιν ἐπεξιόντος, ἦγόν τε καὶ ἔφερον ἅπαντα καὶ ξὺν αὐτοῖς ὁ Στότζας ἐν δυνάμει ὢν ἤδη. Ῥωμαῖοι γὰρ αὐτῷ στρατιῶται πολλοὶ εἵποντο,

3. Ἀδραμητηνοῖς] Ἀδραμητινοῖς P et similiter infra. 4. πέμψει] Vulgo πέμψοιεν. πέμψειν, sed deleto ν, L. 5. σφίσι L. σφίσιν P.

navigat. Ut proxime urbem venit, quosdam submittit, qui significent primariis civibus, Germanum, Augusti ex fratre nepotem, modo Carthaginem advectum, florentem exercitum Adrumetinis mittere. Quo nuntio erectis mandat, ut ea nocte portam unam aperiant. Exequuntur illi mandata: itaque Paulus in urbem cum comitibus acceptus, facta hostium internecione, Adrumetum Augusto recuperavit: fama autem de Germano hic excitata, Carthaginem usque pervasit. His Mauri ac Stozas, quique ipsum sequebantur, auditis, initio quidem adeo territi fuere, ut ad oras extremas Africae fugerint. At postea re, ut vere se habebat, comperta, graviter commoti sunt, quod cum ipsi Adrumetinis omnibus pepercissent, tam male essent ab iis habiti. Quapropter offuso quoquoversum impetu, in Afros, sine ullo aetatis discrimine, feritatem immanem exercuerunt. Tunc temporis magna erat in agris solitudo: cum Afri, quos ferrum reliquos fecerat, partim in urbes, partim in Siciliam aliasque insulas diffugissent. Primores omnes Byzantium se contulere: quo in numero Paulus fuit, is qui Imperatori Adrumetum recuperaverat. Interea Mauri universi, nulla eruptione prohibiti, omnia impune vastabant, et cum illis Stozas, iam potens. Ipsum enim Romani milites magno numero seque-

οἱ μὲν αὐτόμολοι ἥκοντες, οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν αἰχμάλωτοι γεγενημένοι, ἐθελούσιοι δὲ αὐτοῦ μείναντες. Ἰωάννης δὲ, οὗ δὴ λόγος τις ἦν ἐν Μαυρουσίοις, Σεργίῳ προσκεκρουκὼς ἐς τὰ μάλιστα ἡσυχίαν ἦγεν.

κδ'. Ἐν τούτῳ δὲ βασιλεὺς ἄλλον ἐς Λιβύην στρατηγὸν P 294 Ἀρεόβινδον ξὺν στρατιώταις ὀλίγοις τισὶν ἔπεμψεν, ἄνδρα ἐκ βουλῆς μὲν καὶ εὖ γεγονότα, ἔργων δὲ πολεμίων οὐδαμῶς ἔμπειρον· καὶ ξὺν αὐτῷ Ἀθανάσιον ὕπαρχον ἄρτι ἐξ Ἰταλῶν ἥκοντα ἔστελλε καὶ Ἀρμενίους ὀλίγους τινὰς, ὧν Ἀρταβάνης τε καὶ Ἰωάννης ἦρχον, Ἰωάννου παῖδες, Ἀρσακίδαι μὲν γένος, ἔναγχος δὲ ἀπολιπόντες τὸ Περσῶν στράτευμα, ἔς τε Ῥωμαίους αὖθις ξὺν τοῖς ἄλλοις Ἀρμενίοις αὐτόμολοι ἥκοντες. ξυνῆν δὲ τῷ Ἀρεοβίνδῳ ἥ τε ἀδελφὴ καὶ Πρεϊέκτα ἡ γυνὴ, Βιγλεντίας θυγάτηρ τῆς βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἀδελφῆς. οὐ μὴν οὐδὲ Σέργιον B μετεπέμπετο, ἀλλ' αὐτόν τε καὶ Ἀρεόβινδον Λιβύης στρατηγοὺς ἐκέλευεν εἶναι, τήν τε χώραν καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς καταλόγους διελομένους. ἐπέβαλλε δὲ Σεργίῳ μὲν τὸν πόλεμον διενεγκεῖν πρὸς τοὺς ἐν Νουμιδίᾳ βαρβάρους, Ἀρεοβίνδῳ δὲ τοῖς ἐν Βυζακίῳ Μαυρουσίοις ἀεὶ διαμάχεσθαι. καταπλεύσαντός τε τοῦ V 426 στόλου τούτου ἐς Καρχηδόνα Σέργιος μὲν ἐπὶ Νουμιδίας ξὺν τῷ οἰκείῳ στρατῷ ἀπιὼν ᾤχετο, Ἀρεόβινδος δὲ Ἀντάλαν τε καὶ Στότζαν ἐνστρατοπεδεύεσθαι μαθὼν ἀμφὶ πόλιν Σικαβενερίαν, τριῶν ἡμερῶν ὁδῷ Καρχηδόνος διέχουσαν, Ἰωάννην τὸν Σισιν- C

